JOHANN REUCHLINS BRIEFWECHSEL

Johannes Reuchlin

BIBLIOTHEK

DES

LITTERARISCHEN VEREINS

IN STUTTGART.

CXXVI.

TÜBINGEN.

GEDRUCKT AUF KOSTEN DES LITTERARISCHEN VEREINS.

1875.

PROTECTOR
DES LITTERARISCHEN VEREINS IN STUTTGART:
SEINE MAJESTÄT DER KÖNIG.

*

VERWALTUNG:

Präsident:

Dr A. v. Keller, ordentlicher professor an der k. universität in Tübingen.

Kassier:

Roller, universitäts-secretär in Tübingen.

Agent:

Fues, buchhändler in Tübingen.

GESELLSCHAFTSAUSSCHUSS:

Professor dr Barack, oberbibliothekar der kais. universitäts- und landesbibliothek in Straßburg.

Geheimer hofrath dr Bartsch, ordentlicher professor an der g. universität in Heidelberg.

K. Cotta freiherr von Cottendorf in Stuttgart.

Hofrath dr Hemsen, director der k. handbibliothek in Stuttgart.

Dr Holland, professor an der k. universität in Tübingen.

Dr Klüpfel, bibliothekar an der k. universität in Tübingen.

Director dr O. v. Klumpp in Stuttgart.

Dr Maurer, ordentlicher professor an der k. universität in München.

Dr Simrock, ordentlicher professor an der k. universität in Bonn.

Dr Vollmer in Stuttgart.

Geheimer regierungsrath dr Waitz, ordentlicher professor an der k. universität in Berlin.

Dr Wattenbach, ordentlicher professor an der k. universität in Berlin.

JOHANN REUCHLINS

BRIEFWECHSEL

GESAMMELT UND HERAUSGEGEBEN

VON

LUDWIG GEIGER.

FÜR DEN LITTERARISCHEN VEREIN IN STUTTGART
NACH BESCHLUSS DES AUSSCHUSSES VOM JANUAR 1874
GEDRUCKT VON L. FR. FUES IN TÜBINGEN
1875.

EINLEITUNG.

Die vorliegende sammlung ist das erste vollständige verzeichnis der von und an Johann Reuchlin geschriebenen und uns erhaltenen briefe. Sie wurde von mir beabsichtigt, als ich an meinem buche „Johann Reuchlin. Sein leben und seine werke, Leipzig 1871", arbeitete, das diese sammlung erläutert und von ihr ergänzt wird und daher häufig zu verweisungen herangezogen werden musste. Freilich war der ursprüngliche plan umfassender; in einem corpus reuchlinianum gedachte ich eine vollständige sammlung aller an, von und über Reuchlin geschriebenen briefe und aktenstücke in getreuem abdrucke mit reichhaltigen anmerkungen zu geben. Doch gewann diesem plane gegenüber bald die überzeugung platz, dass der innere werth einer solchen zusammenstellung dem sehr großen umfang derselben nicht gleichkommen würde, und so entschloß ich mich, an stelle der vollständigen aktensammlung, nur eine sammlung des briefwechsels zu geben und zwar so, dass ich die bisher nur handschriftlich vorhandenen und durch ihren inhalt besonders wichtigen briefe zum abdrucke brachte, von den übrigen nur druckort, inhalt und einzelne merkwürdige stellen mittheilte, alle briefe aber mit möglichst kurz gehaltenen kritischen, sachlichen und biographischen bemerkungen versah.

Die bisher nicht gedruckten briefe stammen

1. aus Basel (nro. XIV, XV, XLVI, LXXXXVI, LXXXXVII, CXIV, CXVIII, CXXIII bis CXXV, CXXXII, CXXXV, CLII, CLXXVI) 14 briefe Reuchlins. Ich verdanke dieselben der unermüdlichen liebenswürdigkeit des professors W. Vischer in Basel, der mir die briefe in getreuesten abschriften zukommen ließ und dieselben mit werthvollen bemerkungen versah.

2. aus den manuscripten des Nikolaus Ellenbog

a) in Ottobeuren (vgl. die beschreibung in: Österr. vierteljahrsschrift für kath. theologie band X, s. 443): nro. CV, CVI, CVII, CX, CXII, CXV, XVIIC, CXXV[a] bis CXXVII, CXXXVI, CLXVI,

CLXXXXIII, CLXXXXIV, CCVII, CCVIII, 7 briefe an, 9 von Reuchlin.

b) in Paris (vgl. die beschreibung in meinem „Nikolaus Ellenbog, ein humanist und theologe des 16ten jahrhunderts, Wien 1870“ s. 4 anm. 1) nro. CCXVIII, CCXXXI und CCXXXII, CCXLIII, CCLXIX, CCLXXIV, 2 briefe von, 4 an Reuchlin.

3. aus verschiedenen Orten: Stuttgart (nro. XXII, CCLII), Wolfenbüttel (nro. CLXX), Heidelberg (nro. LXXIX), Frankfurt (nro. CCX), Gotha (CCXVII anm.), Sankt Gallen (nro. CCXXX), München (nro. CCLX), Nürnberg (nro. CCLXXXI und CCLXXXII) meist briefe Reuchlins.

4. aus dem Berliner manuscript (ms. lat. fol. 239). Die sehr werthvollen briefe des letzteren habe ich aber nicht abgedruckt, weil sie bereits in einer durchaus genügenden weise von Friedländer „beiträge zur reformationsgeschichte. Sammlung ungedruckter briefe des Reuchlin, Beza und Bullinger, nebst einem anhange zur geschichte der Jesuiten .. herausgegeben von .... Berlin 1837. Enslinsche buchhandlung“ zum abdrucke gebracht worden sind. Ich habe mich vielmehr begnügt, von denselben möglichst kurze, den inhalt erschöpfende regesten, unter anführung besonders prägnanter worte, zu geben. Dasselbe verfahren habe ich auch gegenüber allen briefen eingeschlagen, welche von Eduard Böcking „Ulrichi Hutteni, equitis Germani opera quæ reperiri potuerunt omnia, vol. I, II, Supplementorum, vol. I, II, Lipsiæ 1858, 1859, 1866, 1869“ in mustergültiger weise mitgetheilt worden sind.

Aber die angeführten stücke machen nur einen theil der sammlung aus; den grundstock bilden diejenigen briefe, welche von Reuchlin gesammelt und zur unterstützung seiner sache gegen die Kölner theologen herausgegeben worden sind. Diese beiden sammlungen sind:

1. . CLARORUM VIRORUM EPISTOLÆ
latinæ, græcæ e hebraicæ uariis temporibus missæ
ad Joannem Reuchlin Phorcensem
LL. doctorem

in 4^0 a à 2, b, d, f, h, i à 4, k à 5, c, e, g à 8 bl.

Am schluss: Tubingæ per Thomam Anshelmum Badensem,
Mense Martio, Anno M.D.XIIII.

(in der folgenden ausgabe als C. v. e. bezeichnet.) Diese sammlung, welche den grössten theil der an Reuchlin gerichteten briefe von 1477 bis

1513 enthält, ist wieder abgedruckt worden: TIGURI APUD CHRISTOPHO-|rum Froschouerum. M.D.LVIII. auf 78 foliierten oktavblättern (in der folgenden ausgabe als C. v. e. II bezeichnet).

2. = ILLUSTRIUM
VIRORUM EPISTO-
LÆ; HEBRAICÆ, GRÆ-
CÆ ET LATINÆ, AD
Joannem Reuchlin Phorcensem,
virum nostra ætate doctissimum
diuersis temporibus missæ, qui-
bus iam pridem additus est
LIBER SECUNDUS
nunquam antea editus.
Reuchlinistarum exercitum pa-
gina inuenies mox sequenti [1].

Titel in leisteneinfassung. a.. z, A.. E à 4 bl. in 4⁰. Auf der vorletzten seite: Hagenoæ ex Officina Thomæ Anshelmi. Anno Incarnationis Verbi M.D.XIX. Mense Maio. Darunter das große Anshelmsche buchdruckerzeichen.

Diese sammlung (in der folgenden ausgabe: J. v. e. bezeichnet) enthält in einem ersten buche die C. v. e., in einem zweiten einige briefe von predigermönchen aus dem jahre 1504, eine rede Reuchlins vor dem papst 1498, den briefwechsel Rs. mit den Kölnern 1511 bis 1512, sonst durchweg briefe, die 1511 bis 1518 geschrieben, an Reuchlin gerichtet sind und den streit mit den mönchen behandeln.

Es würde zu weit führen, alle übrigen quellen, ältere und neuere schriften anzugeben, aus denen einzelne briefe entnommen sind, zumal bei den einzelnen die druckorte immer möglichst genau verzeichnet sind; ich begnüge mich daher nur noch mit der einen bemerkung, dass auch Reuchlins widmungsbriefe aus seinen zum theil sehr seltenen schriften aufnahme gefunden haben, weil sie sehr wichtige quellen zur erkenntnis seines wesens sind.

Bei der ausgabe habe ich die „regeln" des literarischen vereins befolgt.

Es bleibt mir noch übrig zu erwähnen, dass der plan, Reuchlins

*

1 Abgedruckt in Böcking, Hutteni Opera I, s. 130 f.

briefe zu sammeln, bereits 1714 von Jakob Burckhard gefasst war. Aber von ihm ist nur eine ankündigung vorhanden und eine abschrift [1] der beiden sammlungen der C. v. e und J. v. e, in der ganz unchronologischen reihenfolge, in der sie dort zusammengestellt sind, nebst der abschrift einiger widmungsschreiben und einzelnen bemerkungen. Auch sonst haben wol die biographen die absicht gehabt, die briefe zu sammeln, aber anstalten dazu hat, so weit ich weiß, keiner getroffen.

So gehe denn der versuch getrost hinaus zu denen, welche an dem edlen manne gefallen finden, dem diese sammlung gewidmet ist, und welche die sache freier wissenschaftlicher forschung, welche er sein leben hindurch vertrat, ehren und hochhalten. Ich wage nicht zu behaupten, dass diese sammlung alle briefe verzeichnet, welche, handschriftlich und gedruckt, von dem briefwechsel Johann Reuchlins vorhanden sein mögen; ich habe nur alles das zusammengestellt, dessen erlangung mir bei jahrelangem eifrigen suchen möglich gewesen ist. Jeder neue beitrag aber, der unbekanntes zu lehren, bekanntes von unbeachteten seiten aufzuhellen im stande ist, wird mir höchst willkommen sein, wenn er mit dazu dient, die ehrenschuld einem manne abzutragen, den alle nationen als „erneuerer der wissenschaft" hochhalten, die zeitgenossen als „oculus Germaniæ" gepriesen haben.

*

1 Die ausführlichen titel beider s. bei Friedländer s. 3 fg.

Berlin.

Ludwig Geiger.

I.

Basel. **1477.**

Andronicus Contoblacas an Reuchlin [1].

Lobt Reuchlins kenntniss der griechischen sprache und fordert ihn auf, dieselbe als Lehrer weiteren kreisen mitzutheilen. Basileæ. Anno 1477.

Gedruckt: 1 = C. v. e. b^a 2 = J. v. e. o 4^a 3 = C. v. e. II fol. 4^a. 4 = Maius, vita Reuchlini, Durlaci 1687 s. 160. 5 = Martinus Crusius, Annales Suevici P. III, l. VII c. XII s. 449. 6 = Hodius, de Græcis illustribus, lingua græcæ literarumque humaniorum instauratoribus Lond. 1742 s. 32.

II.

Paris. **8 Febr. 1478.**

Georgius Hermonymus an Reuchlin [2].

Dankt R. für den kürzlich erhaltenen brief, lobt seine fortschritte im griechischen und ermahnt ihn, in diesem studium fortzufahren. Mitto ad te introductionem grammatices Theodori [3]. De λεξικῷ autem meum non est, sed amici cujusdam, precium erit scuta sex. Fabulas quos in camera mea vidisti non sunt venales. Ex urbe Parisiorum die 8. Feb. anno 1478.

Gedruckt: 1 = C. v. e. b^a; 2 = J. v. e. o 4^b; 3 = C. v. e. II. fol. 4^ab.

*

1 Über A. L. vgl. Hodius a. a. o. s. 32 fg. über diese briefe meine schrift: „Über Melanthons oratio u. s. w." s. 19 und anm. 6. 7. 2 Über H. aus Sparta Charitonymus, Christonymus den viele deutsche, auch Reuchlin und Erasmus, in Paris als lehrer des griechischen benutzten, vgl. m. Reuchlin s. 17 u. Hodius a. a. o. s. 233 bis 237. 3 Gemeint sind wohl Theodori Gazæ introductivæ grammaticæ libri quatuor, von denen Hain, Repert. bibl. II, 438 nur die ausgabe von 1495 anführt.

III.

[Paris?] [? 1479?]

Georgius Hermonymus an Reuchlin.

Kurzer brief in griechischer sprache, als dankende und lobende antwort für ein in derselben sprache vorher eingetroffenes schreiben Rs. s. l. e. a.

Gedruckt: I = C. v. e. k^{a}; 2 = J. v. e. m 3; 3 = C. v. e. II fol. 72^{ab}.

IV.

Poitiers. 14 Juni 1481.

Reuchlins Diplom als Licentiatus juris

ausgestellt von Petrus Vassalli, nach vorhergegangener prüfung durch Bernhard Durandus und Hugo v. Banza. Pictavis die 14 mensis Junii a. 1481.

Gedruckt: 1 = C. v. e. k^{b} bis k 2^{b}; 2 = J. v. e. m 3^{b} bis m 4^{b}; 3 = C. v. e. II fol. 72^{b} bis 74^{a}; 4 = Majus l. c. s. 166 bis 169.

V.

Heidelberg. 9 Nov. (1483).

Rodolfus Agricola [1] Joanni Reuchlin salutem.

Ἔγραψάς μοι, ὡς τῇ δευτέρᾳ ταῖν σοῦ ἐπιστολαῖν κατὰ τὸ τοῖς ῥήτορσι εἰθομένον πρότερον ἀποκρίνωμαι [2] ....

Postulas [3] a me, vir doctissime uti literas ad te dem, idque prope convicio a me efflagitas, ego contra ad dandum cunctatior sum. Sapimus uterque tu quod quicquid est hoc

*

1 Über A. vgl. Tresling: de vita et meritis R. A. Groningæ 1830 und Bossert „De R. A. Frisio literarum in Germania restitutore“ Paris 1865. Ich habe in der allgemeinen deutschen biographie bd. I und im mag. für lit. d. ausl. 1873 n. 41 über A. gehandelt. 2 Die folgende ziemlich lange griechische stelle, welche mehr Agricolas gewandtheit sich in dieser sprache auszudrücken bekundet, als unsere kenntnis vermehrt, habe ich ausgelassen. 3 Dieser brief Rs. ist ebensowenig erhalten, wie irgend ein anderes schreiben Rs. an A.

studiorum meorum, mavis tuo judicio quam alienæ credere prædicationi, ego quod haud temere mihi videor committere debere, ut judicium tuum subeam hominis tam multiplicibus disciplinarum literarumque ornamentis expoliti. Quarum rerum abunde locupletes testes tuæ mihi literæ fuerunt. Gaudeo (ita me deus amet) vicem tuam et quum animi naturæque tuæ fœlicitati, tum vero in primis fortunis Germaniæ nostræ gratulor, quam si unquam nunc aliquando expergefieri oportebit et ab hac barbarie qua tot jam seculis velut stupido sopore vel potius ληθάργῳ τινὶ oppressa tenetur excitari. Quod autem eruditissime simul prudentissimeque sententiam tuam de hebraicis literis ad me perscribis facis tu quidem humanissime, credo etiam vera te dicere. Quid faciam tamen? si aliud mihi videtur. Scis enim, quot homines, tot sententiæ, ut in rebus humanis persæpe in mentem mihi veniat dubitare, sit ne verum id quod priscis nonnullis visum est, esse id optimum in eis quod sit animo cujusque gratissimum. Itaque mirum in modum sententia ea græci poetæ mihi probatur hac in parte

Οὕνεχ' [1] ὕπερθεν
ἐσθλά τε καὶ τὰ χέρεια θεῶν ἐν γούνασι κεῖται
μυρία [2] εἰς ἓν πάντα μεμιγμένα καὶ τὰ μὲν οὔτις
δέρκεται ἀθανάτων, ἀλλ' ἀπροτίοπτα τέτυκται
ἀχλυΐ θεσπεσίῃ [3] κεκαλυμμένα τοῖς δ' ἐπὶ χεῖρας
οἴη μοῖρα τίθησι καὶ οὐχ' ὁρόωσ' [4] ἀπ' Ὀλύμπου
ἐς γαῖαν προΐησι· τὰ δ' ἄλλυδις [5] ἄλλα φέρονται
πνοίῃ ὥς ἀνέμοιο [6].

Itaque adducar ut putem satis justam causam mihi esse quare debeant eæ literæ mihi placere hoc ipsum quod placent. Ut tamen scias quanquam non recte, non tamen sine ratione me errare, puto vos magnos viros qui clarum vobis splendidumque ex illustrioribus studiis parastis nomen, etiam sine his literis facile rationem vitæ vestræ posse reddere. Quæ quidem si desint vobis non magnopere desiderentur, sin assint vero magnæ laudi dentur, accessionem tamen quan-

*

1 οὐνεχ' 1. 2 μοίρης 1 bis 4. 3 θεσπεγιῇ 4. 4 ὁρόασ' 2. 5 ἄλλυσις 4.
6 Quintus Smyrnæus ed. Köchly Lpz. 1850, VII, 70 bis 77.

dam et velut appendicem clariorum [1] studiorum minores has artes et esse vultis et æstimari. At ego, qui mihi sterilem hanc (ut ita dicam) arenam excolendam sumpsi [2], nisi aliquid amplius quam vulgus coner, quid erit quo a segniciæ nomine hæc mea studia defendam. Itaque si minus in uno quovis eorum præstare possum, numero me tuear oportebit. Et hæc causa mihi communis forte cum multis est; id quod dicam proprie meum est. Reliquas literas alias didici, cupivi enim pro virili mea si qua possem literariæ Reipublicæ patriæ nostræ prodesse, quod nisi spectassem erat mihi eadem quæ omnibus via et ad res parandas uberior et ad nominis claritatem illustrior et ad hominum commendationem gratior. Has autem mihi discam, statui enim senectutis requiem, si modo ea manet me, in sacrarum literarum perquisitione collocare, quum itaque [3] necesse habeam tunc libros eos legis intente pensiculateque lectitare, videor mihi eadem opera et literas hebraicas discendo eos legere et legendis eis hebraice discere posse, simulque τὴν ἰδιότητα ἐκείνου τοῦ λόγου μυστηρίοις πολλοῖς γέμουσαν pernoscere. Basilius [4] quoque noster quem deterruisse te scribis acriter me incitavit, secutus tamen fortasse impetum meum et calcaria (ut dicitur) currenti subdens. Quin tu quoque qui contraria sentis nescio an acerrimis me facibus extimules, turpe nanque fuerit mihi vel nolle id vel non posse percipere in hoc studiorum ocio [5], quod tu tantis tanque diversis districtus studiis discere potuisti. Basilius de quo scribis in patria est, fuit mihi arctissima cum eo familiaritas. Nuncius interpellat, vale. Heidelbergæ quinto Idus Novembres.

Gedruckt: 1 = C. v. e. g V b . . g 6 b. 2 = J. v. e. i 3b . . 4b. 3 = RODOLPHI | AGRICOLÆ PHRISII LU-|CUBRATIONES ALIQUOT LECTU DI-|gnissimæ . . . . . | COLONIÆ | apud Joannem

*

1 clarorum 2. 2 Über diese und die folgenden stellen Reuchlins verhältnis zu Wessel u. s. w. vgl. m. Mel. or. s. 50 und: das stud. d. hebr. sprache (Breslau 1870) s. 21 f.; u. m. „Reuchlin" s. 109 a. 1. 3 ita 2. 4 Basilius] Johann Wessel. Über ihn vgl. Ulmann, reformatoren vor der reform. II, 2te aufl. 1866. s. 235 bis 557. 5 ocio] Agr. lebte in unabhängiger muße bei Joh. v. Dalburg in Heidelberg.

Gymnicum o. J. (wie aus dem widmungsbrief hervorgeht 1539) in 4⁰ s. 179 . . 181. 4 = C. v. e. II fol. 54ᵃ. bis 55ᵃ.

VI.

Orleans. 30. Nov 1483.

Hyvo Britannus de Alnetomenguidi Grammaticus Aurelianus an Reuchlin

freut sich, dass die gerüchte über Reuchlins tod unwahr seien, bittet um fernere nachrichten, theilt mit, dass Reuchlins sachen in sicherer verwahrung liegen und gibt notizen über häusliche angelegenheiten und über Jakobus de Donon. Ex Aurelia urbe prid. Kal. Dec. anno 1483.

Gedruckt: 1 = C. v. e. c 4ᵇ sq. 2 = J. v. e. c 2ᵇ; 3 = C. v. e. II fol. 16ᵃᵇ.

VII.

Heidelberg. 4 Febr. (1484).

Rudolphus Agricola an Reuchlin

gibt dem zu R. reisenden Plinius [1] einige zeilen für R. mit, in denen er diesem zu seiner heirat glückwünsche ausspricht [2] und die gründe angibt, welche ihn gehindert hätten, einen ehebund zu schliessen. Dat. prid. Non. Febr. Heidelbergæ.

Gedruckt: 1 = C. v. e. g 6ᵇ; 2 = J. v. e. i 4 sq.; 3 = C. v. e. II fol. 55ᵇ sq.

VIII.

(Eichstädt) 2 Oct. 1484.

Bernardus Adelman [3] nobilis ex Adelmansfelden Joanni Reuchlin Phorcensi S. D. P.

Cum nuper apud fratrem meum, Joannes mi doctissime Conradum tui amantissimum in Neobron essem, varius nobis

*

1 Dietrich von Pleningen, als übersetzer griechischer und lateinischer schriften ins Deutsche bekannt, später, während Reuchlins aufenthalt, mit diesem genau bekannt vgl. Reuchlin s. 42 fg. 2 Über Reuchlins heirat vgl. Reuchlin s. 27 fg. 3 Adelmann, Bernh. geb. 1457 stud. in Tübingen, erhält canonikate in Augsburg und Eichstädt, wird vom bischofe von Eichstädt, Wil-

sermo, tum de bonarum literarum ingenuarumque disciplinarum studiis, tum etiam de gymnasiis nostris præstantiaque eorum erat. Nanque cum ego seu studio contra dicendi, seu potius amore veri, Italiæ palæstras (ut ita dixerim) tanquam nutrices, autores, opificesque optimarum artium, non modo Germanicis ante verum etiam totius orbis posuissem, frater, ut est homo singularis erga patriam amoris, hoc ægre tulit, conatusque est Tubingen vestrum [1] Italicis Academiis conferre, modo humanarum literarum studia istic non adeo fugerent. Quod quidem quam graviter molesteque tulerim, quantumque de errore detrimentoque patriæ nostræ conquestus fuerim, minime perscribere possum. Despicimus enim, Joannes mi, immo tanquam venena abhorremus ac aliquando (proh quantum nephas) iisce incumbere prohibemur quae latinis jucunda voluptuosaque nobis vero ob nostram barbariem quantum pernecessaria utiliaque esse soleant, tu ab exemplo epistolæ principis [2] nostri quam cum sumno pudore ad te mitto mihi approbatam, pro tua præcipua doctrina optime intelliges. Nec mihi hi, qui hanc doctrinam dealbamentum quoddam esse putant, vehementer aberrare videntur. Nam velut hi qui tingunt cum primum quibusdam id quod colorem receptarum sit præpararunt,

*

helm von Reichenau, mit reliquien zum könig Heinrich VII von England geschickt und starb 16 Dec. 1523. Er ist ein eifriger anhänger Reuchlins, ein treuer freund Pirkheimers und ein gegner der alten, namentlich Joh. Ecks. Gegen diesen giebt er die schrift Ökolampads: Canonicorum indoctorum responsio ad Joh. Eck 1519 heraus, wird dafür von diesem in die päpstliche verdammungsbulle gegen Luther aufgenommen und erst auf sein dringendes ansuchen daraus befreit. Vgl. Wiedemann Joh. Eck, Regensburg 1865 passim. Seine grabschrift von Michael Hummelburg s. bei Veith, Peutinger s. 202 fg.

1 Vestrum nicht in dem sinne gesagt, dass Reuchlin noch zu dieser universität gehörte, denn das war in wirklichkeit nicht der fall, vgl. Reuchlin s. 23 ff.; über das damalige Tübingen das. s. 21 f. 2 principis nostri] eigentlich nostræ, es ist ein brief uxoris comitis Eberhardi senioris ad Cardinalem Mantuanum (er folgt in den älteren reuchlinischen briefsammlungen hinter dem hier mitgetheilten). Ein stück, das den verfassern der dunkelmännerbriefe keine schande machen würde, lautet: A. N. famulo meo fidelissimo percepi quomodo frater ipsius nomine N. negotia aliqua erga Sanctissimum expedire habeat, ut Dominatio vestra ab ipso latius intelligere habet, et propterea me supplicavit, cum erga D. V. promotum habendo u. s. w.

tandem postea florem superinducunt sive purpureum sive quemvis alium; eodem nos itidem modo si ut indelebilis sit apud nos probitatis scientia cupimus, quom hisce disciplinis fuerimus imbuti, tunc cæteris operam demus et quasi solem prius in aqua videre assuefacti, ad ipsam veram lucem intuitum tandem dirigemus. Hoc fecit divus Hieronymus, hoc Augustinus, hoc Ambrosius, Gregorius, Basilius, Eusebius, Athanasius, Ioannes Chrysostomus, Lactantius ac denique omnes viri christianissimi, qui usque ad tempora sancti Bernardi pervenere, atque in aliquo precio apud majores nostros habiti fuere. Non tamen me præterit multos non philosophos sed philopompos, non magistros sacrarum literarum, verum tenebrarum, non jurisperitos, sed potius jurisperditos legulejosque esse, qui execrantes poeticum nomen poetas lasciviis ac nugis deorum gentilium refertos esse prædicant, quare ab urbibus autore Platone pelli abolerique debeant.

Esto concedatur istis detractoribus poetas mendaces obscœnos petulantes esse; suntne omnes? minime quidem. Sed ut istorum pravas ac perversas opiniones infringam eorumque latratibus denique satisfaciam, ipsis pro viribus ingenioli mei responsum esse putent. Si in legendis poetis apes imitati fuerimus quæ non omnes, sed tantum mellifluos adeunt flores, nonnullos penitus decerpunt, aliquos intactos relinquunt, eodem nos itidem modo non omnibus poetis sed præconibus virtutum ac meliorum facinorum quorum major est numerus operam demus, hos imitemur, hos veneremur, hisce denique omni studio ac totis viribus incumbamus et omnes demum (ut apostoli verbis utar) legamus et quod bonum sit retineamus.

Sed quid multa? possem garrulatoribus istis tum autoritate patrum nostrorum fretus, tum etiam rationibus exemplisque gentilium, ut optime nosti, suffultus copiose ac abundanter ostendere, quam utilia jucunda necessariaque omnibus hæc sint studia, nisi vererer, ne cum ipsis digna dicam, mihi indigna dixisse videar. Hæc ad te propterea, Ioannes amantissime, verbosius quam opportuit tanquam ad portum, patronumque ac tutissimum refugium receptaculumque literatissimorum hominum exaravi, ut viris studiosis liberaliumque artium cupidis subvenires, dignitati, gloriæ, laudi, utilitatique Reipublicæ

consuleres, principique nostri Eberhardo [1] humanissimo quem audio viros doctos colere amareque, summo studio, cura, opera, industria, diligentia, denique persuaderes neminem unquam ad veram cognitionem rerum pervenire posse, nisi in primis hisce rudimentis, ut ipsi ajunt, vacaverit. Quod si effeceris, te ut alterum Ciceronem aureum eloquentiæ flumen immortalitati (quid enim majus in hoc mundo tibi dari possit) dedicabimus, principem vero nostrum præcipua religione, pietate, modestia, gratia, clementia, justicia præditum, opera cujus tantum commodum patriæ nostræ accesserit, ut alterum Octavianum patrem patriæ ad astra feremus. Vale præceptor observandissime et mihi aliquando, quid in re nostra egeris quam tibi non minus quam mihi curæ esse scio, rescribe, measque lituras ab omni ornatu verborum, gravitate sententiarum, stili elegantia longe emotas aequo animo suscipe, etiam atque etiam rogo obsecro obtestorque. Ex Steten vel Aurelia potius, 6 Nonas Octobres. Anno salutis 1484.

Gedruckt: 1 = C. v. e. 3; 2 = J. v. e b 4^b bis c^b. 3 = C. v. e. II fol. 13^a. bis 14^b.

IX.

Meissen. 22. Juli 1486.

Erhardus de Windsberg doctor et miles [2] an Reuchlin

schickt durch den jäger Wilhelm Geis, der im namen Eberhards v. Wirtemberg dem herzog Albrecht dem beherzten v. Sachsen einen spürhund gebracht hatte [3], dem R. einen brief, in dem er die auf dem Frankfurter reichstag begonnene bekanntschaft erneuert und um nachrichten über die krönung Maximilians in Aachen u. s. w. bittet. Ex Mysna, die Magdalenes, anno 1486.

Gedruckt: 1 = C. v. e. c 7^a; 2 = J. v. e. d^a; 3 = C. v. e. II fol. 19^b.

*

1 Über Eberhards begünstigung der studien vgl. Reuchlin s. 23. 2 Über Erh. v. W. vgl. Reuchlin s. 31, 53; ein brief von ihm ad clarissimum virum Hartmannum de Eptingen ecclesiæ basiliensis canonicum zum lobe der astrologie findet sich in der k. k. Wiener bibl. Cod. rec. 2055 fol. 19^a bis 21^a. 3 Über Albrechts jagdliebhaberei vgl. Langenn: A. d. B. stammvater des königlichen hauses Sachsen, Leipzig 1838, s. 455 ff.

X.

Colmar. 29 Juni 1487.

Sebastianus Murrho Columbariensis an Reuchlin [1]

dankt für seinen brief, bittet ihn, nach dem Elsaß zu kommen und möchte ihm gern den exodus, den er in griechischer übersetzung besitze [2], mittheilen. 3 Kal. Jul. anno 1487 ex Colmar.

Gedruckt: 1 = C. v. e. g 2[ab]; 2 = J. v. e. h 4; 3 = C. v. e. II fol. 48[b] sq.

XI.

? 1 Jan. 1488.

Petrus Jakobi Arlunensis an Reuchlin [3]

versichert ihn mit vielen worten und gelehrten anspielungen seiner freundschaft und verspricht, mühe anzuwenden, um ihm Plinius, Strabo und Livius zu verschaffen 1488. Kalen. Jan.

Gedruckt: 1 = C. v. e. c 5[b] fg.; 2 = J. v. e. c 3[b] fg.; 3 = C. v. e. II fol. 17 sq.

XII.

Pavia. 1 Merz (1488).

Petrus Jacobi Arlunensis an Reuchlin

bedauert, R. keine griechischen bücher schicken zu können, denn er besitze soviel, dass Georg Merula über seinen reichthum erstaunt gewesen sei [4] und gemeint habe, dass er selbst und seine freunde gar manches von diesen schätzen entbehren müssten. Dat. Papiæ Cal. Martiis.

Gedruckt: 1 = C. v. e. c 5[b]; 2 = J. v. e. c 3[a.b]; 3 = C. v. e. II, fol. 17[a].

*

1 M., ein thätiges mitglied des elsässischen humanistenkreises, einer der ersten kenner des hebräischen und patriotischer geschichtschreiber, besonders mit Wimpheling eng befreundet. 2 Vgl. mein stud. der hebr. sprache s. 25, 1. 3 Über P. A., probst zu Backnang, erzieher des jungen herzog Ulrich vgl. Heyd in Klaibers studien der evangelischen geistlichkeit Wirtembergs III, 1. s. 180 bis 187. 4 Wahrscheinlich hatte R. dem nach Italien reisenden und mit aufträgen versehenen freunde ein verzeichnis seiner bücher zur vergleichung mitgegeben.

XIII.

Innsbruck. 20. Feb. 1488.

Andreas Schenck [1] doctor et miles an Reuchlin

erinnert an die zu Köln geschlossene freundschaft, schickt durch Joh. Haischer dem grafen Eberhard seine zu Venedig gehaltene rede pro pace, bittet R. dieselbe vorzulesen und nachsichtig zu beurtheilen, und grüsst die frau R.s. Ex Inspruck, 20. Februarii, anno 1488.

Gedruckt: 1 = C. v. e. c 7[a b].; 2 = J. v. e. d[a]; 3 = C. v. e. II fol. 19[b] fg.

XIV.

Stuttgart. 24. Juli 1488.

Reverendo et egregio patri, domino suo doctori Jacobo Louber [2], priori Carthusiæ Basiliensis [Joannes Reuchlin] S. D. P.

Verti e Græco Proclum de laudibus beatissimæ virginis Christique nativitate eamque omiliam tibi latinam [3] feci tuoque nomini propriamque dicavi, quum et nunc tibi cum hoc populari meo D. Bertholdo scriba mitto. Extat autem in capite Sexternionum quaedam mea ad te epistola [4] quam oro diligenter legas; in ea enim quod abs te peto, id valde me angit, ita ut mihi quietem aliquando adimat. Quare cura, ut parvulum eum libellum, cujus extat in epistola mentio, habeam, et ego rependam aliquando. Dimidiatus [5] est et non integer, caretque magna parte initii et pene toto libro actuum. Sed lege epistolam meam et exequere vota pater optime mihi-

*

1 Über A. Sch. vgl. Reuchlin s. 30 A. 3 und Chmel, urkunden Max. I. (bibl. des lit. ver. X) s. 120; über die in unserem brief angeführte rede geben weder Panzer noch Hain eine notiz. 2 Jakob Louber] „ein mann aus adeligem geschlechte, der sich weniger durch geist, als durch ernst und fleiss ausgezeichnet zu haben scheint. Die Basler bibliothek bewahrt von ihm mehrere theologische erbauliche schriften im manuscript und ausserdem einige bände von ihm nachgeschriebener vorlesungen der juristen Peter von Andlo und Johannes Helmich.“ Vischer, gesch. d. univ. Basel 1860 s. 168 f. vgl. die titel ders. s. 164 anm. 28. 3 Die übersetzung R.s ist erst 1529 gedruckt worden. 4 epistola] 1488 s. unten XV. 5 Dimidiatus] dies ist, nach gütiger mittheilung des hr. prof. Vischer, bei dem noch in Basel vorhandenen codex nicht der fall.

que cum semper antea, tum etiam, quoad vixero, charissime. Vale in Christo feliciter. Ex Stutgardia 11. Kl. Aug. Anno 1488. M. Joannes Reuchlin Phorcensis L. L. Doctor.

1 = Sammelband der Basler bibliothek (msc. E. III, 15.) fol. 1.

XV.

Stuttgart. 1488.

Jo. Reuchlin Phorcensis S. D. P. Doctori Jacobo Louber Supremo Charthusiæ Basiliensis Patri.

Recte felicem judicavi proxime quartum Kalendas Junias tuam dignationem, cum aderam in aede tua, quod te accepissem velut alterum Jarcham inter divinos Brachmanos in senatu istic cum præfectis ordini festivoque sedere conventu. Unde quod tecum pro nostra haud ignobili consuetudine coram locutus fuissem id facere sola mea reverentia sum prohibitus. Tametsi nonnihil penes te mihi tum fuit negocii quod certe daturus sum operam nunc tuam dignationem per litteras ne celem. Facit Jacobe, vir omnium justis de causis integerrime, vel incredibilis mea erga te veneratio vel excellens tua cum sanctitate conjuncta humanitas vel utriusque nostrum inter nos mutua benivolentia, ut audacter ea abs te petere non formidem, quae et tibi non obsint et mihi prodesse valeant et ab universis tum apud Deum tum apud homines laudabilia ducantur. Id ego si doceo, si planum facio in hac quantulacumque causa mea futurum equidem haud ab re speravero, has meas abs te litteras non tantum audiri, verum etiam exaudiri decere. Tu tibi persuadeas velim id quod ad rem attinet, cum omnes vivendi modos cogito, nil me praestabilius nil fructuosius nil utilius vel ad vitae beatitudinem pariendam vel ad eam conservandam arbitrari, quam ut qui docti nominamur frequentibus nos litterarum studiis et librorum revolutionibus, quoad fieri possit, quam creberrime inhaereamus. Maxime vero circa ea insistendum puto quæ religiosam sapientiam præ se ferunt nostrosque cogitatus ad caelestia, ut ferrum magnes, attrahunt Christo præcipiente qui ait scrutamini [1] scripturas quoniam vos in ipsis videmini vitam æternam habere.

*

1 Joh. 5, 39.

Igitur nobis statui ad novae tandem Legis salutares tanquam ad asylum aliquod fore confugiendum et posthabitis omnis generis scriptoribus historicis, poeticis, oratoriis, philosophicis atque propheticis nihil est quod malim omnium quam homini Christianam disciplinam professo id solum litterarum genus præponendum quod Christi sectatores primarii spiritu sancto instigati conscripsere. Aliter cedat omnis lex. Sola nobis vivant et vigeant Apostolorum volumina quae fidem ordinant dicente ad Galatas Paulo: Nos [1] in Christo Jesu credimus ut justificemur ex fide Christi et non ex operibus Legis. Et rursus: Ego [2] enim per Legem legi mortuus sum.

Quid ergo? annon credis me tandem post innumeras R. P. curas et istius aerumnosae terrae sollicitudines ipsa haec acrius pensitare posse quam solent quandoque qui religionibus præsunt. Mihi etiam in secundis seponitur imperatoria lex, tametsi jamdudum in ea palaestra triumphavi haud negligenter, sed heus tu tandem sapere aliquando in tempore nonnihil est. Haec volui nescius ne esses quod et magis probem et pluris pendam quam Apostolorum scripta inveniri aut esse omnino nihil. Id tu mecum ipse sentis certe scio ita faciundum.

Vide quaeso igitur ea quæ restant. Ego, mi Jacobe, mea plurimum semper interesse [3] putavi sacras habere litteras eo charactere quo primum divinitus compositae censentur. Quapropter haud ab re divo Hieronymo autore in utroque genere linguarum libenter jandudum exercitabar teneoque veteris Legis Hebraeorum libros aliquantulum habeo et nonnihil instrumenti novi. Sed admodum delectat Apostolos etiam suo scribendi more fretos, hoc est Græcos, perlegere. Nam de transfuga non adeo placet. Sua cujuslibet operis lingua dulcior est et e dolio saepius derivata vina majestate minuuntur. Valde hoc te certiorem fieri cupio quod et causa est et nervi ipsi universæ hujus orationis meæ quamquam vereor ne tu totam rationem ita ut ego pervelim librare graveris. At absit de amantissimo te mei suspicari quæ essent haud amica! Pergam igitur. hoc audi et tecum habeto: Esse in Bibliotheca

*

1 Nos] gal. 2, 16. 2 Ego] gal. 2, 19. 3 Nach diesem interesse steht ein zweites, mit rother tinte ausgestrichen und dann wieder punctiert: interesse.

Prædicatorum Basiliensium quendam minutissimo stilo repositum libellum [1] ita ut fertilior sit et maxime portabilis quo eleganter quas Apostoli græcas conscripserunt epistolas insunt. et quia tam parvus tam multa continet ad eum est mihi animus præter reliquos apprime vehemens. Nam etsi cætera [2] ejusdem materiæ istic adsint volumina quæ idem ipsum melioribus litteris et isdem græcis complectantur quæ profecto sunt non dico dupla sed plurima, tamen quod iste meus ita gracilis et ita manualis paret, ut se non injuria Enchiridion nominares, iccirco nisi eum habuero vitam efflabo quam tu mihi etiam mortuo facile reddere possis dum illud quod tuum non est tantum consentias, ut bona mihi conditione præstetur. Nihil difficile abs te peto nec quod damno cedat nec quod contra jus fasque sit. Id enim unum peto pro hoc solo tempore finemque posthac petendi præsentem hunc statuo ne tibi pluri molestiæ futurus sim et haud dubito quin me exaudies, videlicet ut Prædicatoribus assentiaris easdem epistolas canonicas rem

*

1 Der codex, um den es sich in dem briefe handelt, ist die in der texteskritik des n. t. unter dem namen codex Basiliensis γ oder cod. Reuchlin. bekannte handschrift der Basler bibliothek. Sie stammt aus dem X jahrh. und enthält auf 303 pergamentblättern in octav das neue testament mit ausnahme der apocalypse. Hinten und vorn sind noch einige weitere blätter, mit stücken verschiedenen inhaltes beschrieben, beigefügt. Auf den vorn eingefügten besonders foliirten 4 blättern sind unter der überschrift Hoc modo nunc adoratur Deus bl. 1b bis 4b von der hand Reuchlins stellen aus Hieronymus, Lactanz, Joh. Chrysostomus, Dionysius Areopagita, Hieronymus, Hilarius und Cassianus eingetragen (am schlusse: Finit secunda pars adorationis). Die griechischen eintragungen auf den blättern hinten scheinen ebenfalls von R. zu stammen (bl. 304a Sanctus Dionysius de Ecclesiastica hierarchia co 111 sic orat u. s. w. 304b Cosmas Hierosolymita in hymno pentecoste u. s. w. 306a Ὀρφέως εἰς Δία θυμίαμα u. s. w., zuletzt noch auf einem papierblatte auflösung einer anzahl abgekürzter marginalien des codex). An mehreren stellen sind hübsche miniaturen. Sie trägt gegenwärtig die signatur A. N. IV. 2. Auf der innenseite des vorderen deckels steht: Hic liber Est fratrum predicatorum Conventus Basiliensis, scheint von der hand Reuchlins, das darübergeschriebene Hic lieber dagegen ist von derselben hand, wie die untenstehende bemerkung. Weiter unten: plusquam triginta annos apud Reuchlinum fuit, tandem post eius mortem redditus conventui. Auf der innenseite des hinteren deckels in der obern ecke rechts steht: Card. Ragusini. 2 cætera] gemeint ist u. a. wohl auch der sog. Cod. Bas. E., ein evangeliencodex aus dem 8 jahrh.

et propriam et suam et quam alias multipliciter habent mihi ex bono et æquo tradituris. Quod ne in damnum tibi tuisve possit vergere facit tenuitas libelli ac rerum copia sermonisque quo scriptus extat aliena peregrinaque commoditas, nam græcus est qua lingua nedum Basilea omnis, verum etiam tota quidem Germania non utitur. Ea quoque in causa quicquid per te fiet id jure optimo fiet. Intelligenti tibi loquor confidentissime.

Legavit, ut nosti, bonæ memoriæ Jo. Rhagusæus, S. Syxti Cardinalis libellos hujusmodi græculos Jacobitis Basiliensibus quos si alienare præsumant pœna extat adjuncta ut in commissum tibi cadant. Tota causa hæc est: defensione non eget, controversia caret. Gratificari te mihi posse omnes intelligunt, tu vero omnium maxime, qui ipse doctissimus es jureque facies si volis. Et voles si quid sit amicitia cogites animumque erga te meum et in tuum monasterium sinceram affectionem meam perpendas. Is enim affectus est omnium optimus et integerrimus promptusque si quid mihi gratum commodas ad indesinenter recompensandum.

Fortassis ajes: legatum est, sacrum est. verum tamen quid tum? Et Hieremiæ librum templo dicatum consules Regis non injuria ex ipso Gazophylacio desumpsere [1] et B. Pauli [2] suasu libros secum membranasque Timotheus congessit. Tarquynius quoque Superbus quondam rex a Sacra Sibylla S. Fatales Romanorum libros ære coëmit. Semper aliud in alio ejus causæ haudquaquam injustum fuit. Etenim amens mihi principio videar, mi pater, nisi hoc sapiam. quem penes commissoria est eam illum abdicare aliquando posse cum lubet amicisque gratificari Divi Severus et Antoninus rescripserunt. Si quis vectigal non solverit hoc concedente publicano ut solent facere res in commissum non cadere. Verba ipsa legis sunt ultimæ de commissis. quibus edocemur juri nos commissorio sponte nostra renunciare non prohiberi. et apud consultissimum Julianum legitur id quod post Imperator sequutus datis ad Præfectum Prætorio litteris insinuavit cuique licere iis quæ pro se inducta sunt renunciare. Ita tu quoque in præsentiarum eo munere commissoriæ mulotæ decoratus quid obstabit quo

*

1 2. Makk. anf. 2 Pauli] 2. Tim. 4, 13.

mihi amantissimo tui non etiam hac sola vice cedas, ita ut gratiam unicam hanc apud te inveniam quæ certe posthac in consequentiam trahi neque debeat neque possit. Quid autem tristius quam ocultari lumen sub modio: et Eunuchum Aethiopem absque Philippo librum Esajæ quasi vinctum tenere. Quid lugubrius quam sapientem Danielem captum a Barbaris etiam ei Barbaro servire oportuisse qui in morem bovis fœnum comederet [1]. Benivolentior sum Apelliconi Tejo cujus Strabon meminit qui cum videret universam Theophrasti Aristotelicamque Bibliothecam ad homines plane imperitos jure legati devolutam magno ipse sibi eam et conatu et argento in urbe Scepsi comparavit [2] quæ res nobis majoribusque nostris in non mediocrem cessit commoditatem. inde enim artium divitiæ thesaurique philosophiæ ad nos usque devenere. potuit Apellicon usurpare proverbium gallo Jaspis: Margarita porcis. Deinde id vide quod Revelatio s. Joannis continet. nam is cui erant septem cornua venit et accepit de dextra sedentis in Throno librum [3]. non enim in manu divina nec apud quatuor et viginti seniores liber ipse archani sermonis permanere debuit sed et suscepit qui dignus erat et aperuit qui noverat: non hircus aliquis sed agnus.

Hæc in typo scripta causæ nostræ non parum conducere videntur. nam pace tua dixerim: profecto qui ejuscemodi libris annos citra quinquaginta præteritos unquam usus fuerit est nisi ego ipse alius nemo, ita ut dedecori quandoque a plerisque habiti sint. cur? quoniam quæ inessent ignorabant omnes. Nec adhuc istic apud vos extat qui vel cognoscere cuperet. Itaque, ut leges humanæ perhibent, extrahendum est aurum a Barbaris et præcisis unguiculis Hebræo ducere uxorem Palæstinam aliquando licuit. Molestum forsitan est tuæ dignationi me pluribus verbis agere tecum. Solum eas precor, etiam leges contempleris quas in libro primo de Legatis sæpe legisti nam eo loco cujus caput extat; filius familias miles. Verba legis hæc sunt: Si quid alicui licite fuerit relictum quod ipse quidem propter corporis sui vitium vel propter qualitatem relicti vel aliam quamcunque probabilem causam hoc habere non potuit alius tamen hoc habere potuit quanti solet comparari

1 Vgl. buch Daniel passim. 2 Strabo XIII, I, 609, 644. 3 Apok. 5, 7.

tantam æstimationem accipiet. Alia item ejusdem capitis lex ait: Divi Severus et Antoninus rescripserunt eos qui in testamento vetant quid alienari nec causam exprimunt propter quam id fieri volint nisi inveniatur persona cujus respectu hoc a testatore positum est nullius esse momenti scripturam quasi nudum præceptum reliquerint vel quia talem legem in testamento non possunt dicere.

Certum est itaque, mi Jacobe, neque qualitatis græcæ linguæ Prædicatores hactenus capaces neque Legatariis ipsis tali relicto valde consultum fuisse. Sed doceo sus Minervam. Et finis tandem sit epistolæ, si prius te commonuero, nihil R. P. literarum, nihil doctis omnibus tam perniciosum quam cunctos bonarum rerum libros una Bibliotheca velle recludere vel non potius malle omnifariam esse distributos. Teste sit incendium Alexandrinum quo uno ad milia ferme voluminum septingenta (o ingens calamitas) et incensa et exusta fuerunt. Quæ si fuissent sparsa inter doctos quantum, proh deum, fidem atque hominum nunc sapientiæ thesaurum haberemus. Te velim accurate cogites iterum atque iterum, si istum mihi libellum novi Testamenti per Prædicatores dederis, id est, si iis daturis auxilium favorem consensum præstiteris vel regnum mihi aliquod vel semimortuo vitam dedisse. Quod erit monumentum apud me bonitatis tuæ sempiternum. Mitto ad vos duos libellos [1] quorum alterum in tuum alterum in hominis doctissimi Doctoris Lapidani [2] honorem de græco in latinum traduxi quod officium meum si vobis placuisse cognovero, posthac Deo adjuvante plura dabo. Vale: Ex Stutgardia Anno 1488.

5 bl. in 4⁰ handschr. in dem sammelband der Basler bibl. E. III. 15.

XVI.

Basel. 31 Aug. 1488.

F. Jacobus Sprenger [3] Provincialis ordinis prædicatorum an Reuchlin,

übersendet R. die im vorigen briefe (nro. XV.) erbetene handschrift, da er lieber dieser, als der freundschaft R's

*

1 duos libellos] nämlich die oratio Procli episcopi Cyzicensis s. o. und die oratio Tyrii Maximi Platonici. 2 Joh. a Lapide s. u. 3 Über J. Sp., den verf. des „hexenhammers“ vgl. Erhard, SS. Ord. Præd. I. fol. 880^b sq.

verlustig gehen wolle. R. möge die handschrift bis zu seinem tode behalten, und nur dafür sorgen, dass sie nach demselben wieder nach Basel gebracht würde. [1] Ex Basilea, ult. Augusti 1488.

Gedruckt: 1 = J. v. e. pa.

XVII.

Pavia. 1 Sept. 1488.

Petrus Jakobi an Reuchlin,

beklagt sich über sein hartnäckiges schweigen, erinnert an früher geleistete dienste, und bittet, ihm die bücher zu nennen, welche R. noch fehlten. Datum Papiæ. Anno 88 kal. Septembr.

Gedruckt: 1 = C. v. e. c 5a; 2 = J. v. e. c 3a; 3 = C. v. e. II fol. 16b sq.

XVIII.

Constanz. 26 Sept. 1488.

Martinus Breminger [2] L. D. an Reuchlin,

schickt ihm das Compendium Alcinoi und andere entliehene schriften zurück und theilt ihm mit, dass er die lateinische übersetzuug dreier lucianischer schriften besitze. Ex Constantia 26 Sept. anni 1488.

*

1 Dass dies geschehen, lehrt die oben s. 17 a. 1 mitgetheilte bemerkung. 2 Martin Preminger Uranius stud. in Ingolstadt, dann in Florenz, wo er mit den italienischen gelehrten, namentlich mit Marsilius Ficinus bekannt wird, mit dem er auch weiter in verbindung bleibt, vgl. M. F. Opera. Paris 1641. I, 926. 927. 928. 939. 948. 952; auch Melanchthon sagt: Uranius qui etiam ex Italia consulebatur. Corp. ref. XI, 1026. Er wird doctor der rechte 25. Jan. 1472, dann bischöflich Constanzer kanzler, seit 1490 prof. des kanonischen rechts in Tübingen. Stälin, Wirtembergische gesch. III, s. 770. Seine thätigkeit bei der rentenablösung der stadt Freiburg, mit der Zasius beauftragt war (1495), erzählt Stintzing: Ulrich Z. Basel 1859 s. 19, vgl. s. 311. Bebel widmet ihm ein freundschaftliches gedicht (vgl. die z. J. 1496 angef. sammlung); ders. schreibt seiner tochter Barbara ein epitaph, vgl. Zapf: Hch. Bebel, Augsb. 1802 s. 153. Uranius starb zu Bebenhausen 28 März 1501 (Eysenbach, gesch. d. univ. Tübingen s. 247 a. 30, woselbst der titel einer zu erscheinenden, aber nicht erschienenen monographie über Uranius angegeben wird).

Gedruckt: 1 = C. v. e. c 8a; 2 = J. v. e. d 2a; 3 = C. v. e. II fol. 16b sq.

XIX.

(Baden. ?) 1488.

Joannes Molitorius [1], J. M. D. Decanus Badensis an Reuchlin,

dankt für den erhaltenen brief, bittet aber, ihm die darin vorkommenden griechischen stellen, die er mit ungeschickter hand abgeschrieben habe, zu erklären. Vale, anno 1488.

Gedruckt: 1 = C. v. e. c 6a. b; 2 = J. v. e. c 4a. b; 3 = C. v. e. II fol. 18a. b.

XX.

? 18 Febr. 1489.

Adam Frei [2] Phorcensis, cantor ecclesiæ collegiatæ cancellariusque Badensis an Reuchlin

dankt für dessen brief, wehrt aber die vorwürfe ab, als habe er durch übernahme des weltlichen amts seine geistlichen verpflichtungen verletzt. 12 Cal. Mart. anno 1489.

Gedruckt: 1 = C. v. e. c 6b fg.; 2 = J. v. e. c 4b; 3 = C. v. e. II fol. 18b sq.

XXI.

Rom. 7 Merz 1489.

Conradus Leontorius [3] an Reuchlin

schickt einen brief voll von freundschaftsversicherungen und legt einen bereits in Mailand geschriebenen, sowie andere an

*

1 J. M. ist ein schüler des L. Dringenberg in Schlettstadt (vgl. Klüpfel, vita Celtis I, s. 58); einer der begleiter des markgrafen Jakob von Baden auf dessen reise nach Rom 1498, vgl. Riegger, Amœnitates Friburgicæ II, s. 455. 2 Über A. F. vgl. Riegger a. a. o. und Majus l. c. s. 85. 3 Conrad Leontorius (Leonberg, Löwenberg) cistercienser mönch in Maulbronn; von 1504 bis zu seinem tode (1 Jan. 1511) im beginenkloster Engelthal, südlich vom dorfe Mutterz, wo er junge leute, unter andern Bonifacius Amerbach in den wissenschaften unterrichtet (vgl. Fechter: Bonifacius Amerb.

Adolph Okko und sonstige freunde gerichtete bei. Romæ. Nonis Martiis a. 1489.

Gedruckt: 1 = C. v. e. f 4[a]; 2 = J v. c. h 1[a]; 3 = C. v. e. II fol. 45[a. b].

XXII[a].

Stuttgart. 1489.

Joannis Reuchlin Pfortzennsis epistola in quottidiana colloquia græca ad Reverendissimum patrem et dominum Joannem Dalburgium Vangionum episcopum incipit [1].

Sæpius compertum id est, reverende pontifex, quod inter claros eciam viros obtinuit, ut tenuissima munuscula quandoque amoris indicia sint quam maxime memorabilis. Unde mihi persuadere aliter haud possim meque continere nequeam, quin de te quotiens cogito (quodque fit frequenter) profecto semper opto aliquid saltem quantulumcunque id futurum sit, ad te dare, quo animum tuum delectari credam. Non quod tam insanus sim, ut me ob quaslibet largitiones putem abs te diligi tam bono principe (nostra enim amicitia non ex inopia aut indigencia ortum cepit) sed quia mirifico afficior gaudio sola recordacione gratitudinis [2] tuæ. Erit igitur inter nos ejusdem ponderis magnum bonum et parvum, quibus non res sed voluntas pensatur, dummodo crebra iterentur quæ parva sunt [3], Hesiodi sententia:

Nam si cum parvo parvum componere cures
et simul id facias majus fit forsitan illud.

*

in Basler beitr. z. vaterl. gesch. 1846 2. band). Eigene schriften sind von ihm nicht erhalten, nur ausgaben z. b. der lateinischen bibel; in zeitgenössischen werken finden sich einige briefe und gedichte von ihm, z. b. in Theod. Gresemundi lucubratiunculæ, bonarum septem artium apologiam ... complectentes Mainz 1494 in 4°, ebenso in Petri Schott, Lucubrat. und Biblia latina cum postillis Hugonis a. S. Caro vgl. Riegger Amœn. lit. Friburg. s. 189 u. a.

1 Über Joh. v. Dalburg vgl. Zapf: J. v. D. Augsburg 1789, nachtrag Zürich 1796; Erhard, gesch. des wiederaufblühens wissensch. bildung in Teutschland 1826, 1, s. 356 bis 374; Ulmann: Memoria Joh. Dalburgii 1840. Briefe Dalburgs in diesen schriften u. unten; ein gedicht bei Mone, quellensammlung zur bad. landesgeschichte III, s. 156. Vgl. auch die notiz Melanchthons corp. ref. XXIV, c. 280. Die freundschaft D.s mit R., vielleicht durch Agrikola veranlasst, wurde sehr innig, erkaltete aber später aus unbekannten gründen. 2 gratudinis 1. 3 sut 1.

Eo ego pacto colloquiorum libellum [1] hunc collegi, græce latineque conscriptum instar Julii Pollucis [2] hominis literatissimi, unde græcula possis verbula expiscari cum tuo familiari Adolpho Ocho [3] atque nostro potius quottidie conferenda. Sed noctua Athenas fero quod Græcis est proverbinn quotiens abundantiæ quicquam adjicitur; ἡ μὲν παροιμία φησι γλαῦκα εἰς Ἀθήνας [4]. Vale feliciter et cura permaneas clemens nobis in finem usque. Ex Stutgardia. 1489.

1 = Handschr. Stuttg. k. ö. bibl. Poet. et phil. 76 (abschrift des Nikolaus Basellius); 2 = Handschr. Basel, univ. bibl. F. VI, 54 (abschrift des Joannes Draco Spirensis 1498) fol. 25b bis 26b.

XXIIb.

Stuttgart. (?)

Reverendo patri et illustri domino Joanni Camerario Dalburgio Wormaciensi Episcopo Joannes Reuchlin Pfortzennsis S. p. d.

Solebant, illustris pontifex, majores nostri cum ad aras offerri libuisset, alii tauros ut Aeneas apud Vergilium alii agnos ut Atrides apud Homerum, plerique capros ut Abraam apud Moysen [5] aut denique vinum cum pane ut Melchisedech apud eundem [6], partim thura cum timiamite ut Pytagoras apud Philostratum [7], reliqui placentulas cum lacte presto litare. Unde Buccolicon illud extat Sinum lactis et hæc te liba [8]. cæterasque duos statuam tibi pinguis [9] olivi [10]. Ego non unus ex minimorum turba tibi sacro antistiti perinde ac doctissimorum hominum deo cuiquam quid offeram non habeo nisi meorum quondam laborum decimas, videlicet hanc in

*

coronario, sed de cloacis, paludibus, ligno, itinere, aliisve popularibus jurgiis, tam prætoriis, quam civilibus consulunt, quibus de jure pro mea professione respondere debeam, non Latinorum, sed Suevorum observato dicendi usu nihil ultra miseris, mi frater, me post virentia prata iam scabros calles ambulare. Et haec erat una ex causis non parvi momenti, ut putarem, mea singula viris politioribus literis præditis explosa fore, quod cernerent in eis nullum florem, nullam comitatem sed omnia trivialia et inurbana quæque. Quando autem vetera memoria repeto, multum invenio majores nostros etiam barbarico dicendi modo delectatos. Aristophanes namque Græcus in comœdia, quæ inscribitur Acharnes Persice loquitur sic: Jactarman exarxan apissonosatra [1]) quæ barbaries sæpe multis gaudio fuit et risum movit. Apud Romanos vero quis umquam M. Catonem priscum contempsit, quod in suis scriptis de re rustica barbarice loquitur hoc modo: Haut, haut, haut ista pista sista, ardannabon damiabo damaustra [2]). Quis pœnulum Plaudi propter linguam Punicam abiecit?

Consolabor et ego me quoque illorum exemplo, ut sperem invenire, quos admiratio ducat ad inauditi prius negotii lectionem. Hoc unum tamen esse futurum arbitror, ne desit Agamemnoni suus Tersites Homero Zoilus, Nephelæ Socrati, quod etiam contra me quoque prodeant aliquando phematici quidam susurrones, quos cum jam apprehenderit studendi vetus ac longa segnicies, gloriosius sibi ducant multa reprehendere quam pauca discere; sperantes hominum studiosorum contemptu atque contumeliis fore illustres. Dicent enim non me potuisse in senilibus annis absque præceptore etiam qualicumque conatu ad tantum hebraicæ lectionis fastigium ascendere, ut studia mea ceteris prosint, quibus statim Originem objiciam, sanctumque Hieronymum et illum de Lyra Nicolaum [3]: qui omnes appropinquante senio primum hebraicis studuisse probantur. Quin potius nemo ferme omnium post apostolos orthodoxam ecclesiam hebraicis literis illustravit, qui non eas in ætate pro-

*

1 Acharn. v. 100 ed. Meineke, Lpzg. 1860, der liest: ἰαρταμὰν ἐξαρξ' ἀναπίσσοναι σάτρα. 2 Cap. CLX ed. Gessner, Mannheim 1781. 3 Vgl. Siegfried in Merx archiv zur erforschung des alten testaments bd. I.

vecta discere cœperit, præter insignem magistrum illum Paulum episcopum Burgensem [1]. Judæorum olim doctissimum cujus ad nos sera conversio plurimis fuit hominibus saluti et cui me posthabitis reliquis herbam dare nihil pudet.

Expergiscimini igitur, adulescentes, et tu, germane frater, excute ab animo hebetudinem, tantorum virorum imitatione. Nam si tam excellentes homines annosa in ætate intelligentes summæ ac jocundissimæ contemplationis nobilissimam sibi occasionem defuisse, tantum et tam vehemens studium sero tandem bebraicis impenderunt, quatenus labor eorum in nos usque redundaret, — cur non tu ipse ac per te ceteri magnis ingeniis præditi adulescentes speratis ad talem perfectionem ex indefessa legendi fatigatione et quotidiano exercitio sine ullo doctore nihilominus posse pervenire [1]. De præceptoribus autem meis (ne mihi oblatrantes insulent) hanc rationem affero: non me piguisse ullo tempore abs quolibet Judæo semper aliquantula corradere, quæ ad doctrinam aliquam librorum hebraicorum conducerent. Sicut enim non apud Jonas neque ulla in Græcia, sed Basileæ primum ab Andronico Contoblaca, deinde Parisiis a Georgio Hermonymo Spartiate [2], post Romæ ab Argyropylo Byzantio publice in Vaticano Thucydidem legente Xysto IV. Pont., ad extremum Florentiæ Mediolanique a Demetrio Chalcondyle Græcorum linguam frustillatim et quasi micas de mensa domini cadentes accepi, connumerarem illis Hermolaum Barbarum Innocentio [3], insignem et mei

*

1 Reuchlin s. 120 fg. 2 Vgl. oben nro. I fg. 3 Die geschichte der begegnung R.s mit Argyropylus erzählt Melanchthon schon 1533 (Corp. Ref. XI, col. 237), dann 1552 in der rede über Reuchlin, sie findet sich bei Manlius Locorum Communium collectanea und ist von allen biographen Reuchlins wiederholt. Sie wird gewöhnlich fälschlich ins jahr 1498 gesetzt; dass sie ins jahr 1482 gehört, geht aus unserer stelle hervor, vgl. meine Mel. oratio s. 61 f. Zu dem dort gegebenen ist hinzuzufügen, dass der gewöhnlichen annahme nach Arg. schon 1486 gestorben sein soll. Er war in Constantinopel geboren, kam früh als lehrer des griechischen nach Italien, lehrte von 1434 in Padua, von 1456 in Florenz, wohin ihn Cosmus von Medici als professor der peripatetischen philosophie berief, von 1471 an in Rom. Er hat sich namentlich durch ausgaben, scholien und übersetzungen der aristotelischen schriften verdient gemacht. Vgl. Hodius de Graecis illustribus s. 187 bis 210.

amantissimum, nisi plus ex eo Romæ latinitatis quam græcitatis hausissem, ita hebraicam ego quoque ac sanctam linguam non Hierosolymis, neque in publicis Judæorum synagogis, sed a literatissimis Hebræis pene cecios quidem Jacobo Jehiel Loans, in Latio autem Abdia Cesinate atque alias a singulis singula expiscatus sum.

At gravius insurgent, credo, invidi contra Dictionarium nostrum in quo multorum frequenter interpretationes taxantur „Proh scelus exclamabunt, nihil indignius patrum memoria, nihil admissum crudelius, cum ille homo audacissimus tot et tam sanctos viros divino spiritu afflatos labefactare contendat. Hieronymi beatissimi scriptura, Gelasio Papa teste, recepta est in ecclesia, venerabilis pater Nicolaus de Lyra ordinarius expositor Bibliæ „omnibus Christi fidelibus vir integerrimus probatur. Jamjam exortus est aliquis fumulus [1], qui plurimus in locis illos imperite transtulisse notat". Quorum imminentibus clamoribus haec pauca respondeo: mihi licere quod eisdem illustrissimis luminibus licuit. Hieronymus vir sanctus LXX. carpit interpretes, non semel, bis, terve, sed sæpissime numero. Nunc illos errasse dicit errore conspicuo, nunc, inceptos ignorantia, tum discordare a veritate hebraica, tum, falsatos similitudine literarum, tum consulto aliqua cœlasse aut omisisse, ne sacra panderent mysteria, quos tamen Ptolomæus Alexandriæ res divina credidit virtute transtulisse, et ut Justinus philosophus atque martir in suo de illis parænetico scribit ὡς θεοφίλεις ἄνδρας διέγνω. Nicolaus item de Lyra divum Hieronymum in translatione sua ostendit reprehensibilem; cum alias multis in locis, tum in psalmo secundum ecclesiæ nostræ supputationem XXXXVII., qui incipit: Magnus Dominus, ubi ejus in fine sic ait: „Hieronymus tamen minus bene videtur dicere quia in omnibus bibliis hebraicis, quas vidi, almuth [2] hic est una dictio et non duæ." Vide quomodo accusat beatissimum virum erroris atque negligentiæ. Ipsemet vero Nicolaus, ut æqualem mensuram pateretur, simile a reverendo Burgensi Episcopo frequentibus

*

1 Auspielung auf den namen Reuchlin. 2 Gemeint ist wohl עַלְמוֹת nach unserer zählung Ps. 46 v. 1.

cum notis invito etiam nescio quo fratre Doringo[1], ferre coactus est. Sed quid pluribus erit opus? Ille idem divus Hieronymus in translatione sua se ipsum errasse fatetur in commentariis super Isaiam capite undevigesimo[2] ubi sic ait: „Melius reor proprium errorem reprehendere, quam dum erubesco imperitiam confiteri in errore persistere in eo quod transtuli: Et erit terra Juda Aegypto in festivitatem.“ Possem alioquin plures proferre versiculos et quod cujusdam vocabuli significatum usque hodie se ignorare non verecundiæ duxerit in Jeremia capite sexto[3] et quod apostolum notaverit imperitum artis grammaticae in epistola ad Hedibiam[4], quæstione antepenultima et quod scripserit eumdem apostolum psalmorum versibus aliter esse usum, quam in hebræo habeantur ut in commentariis suis super Psalmo[5]; cur igitur in iis quæ ad interpretandi modum artemque grammaticam et ad veritatem idiomatis spectant, me quoque non deceret in lucem producere quid cum doctissimis Hebræorum sentirem quippe ad quos etiam eodem Hieronymo teste, confugiendum est quoties in vetere testamento controversia movetur. Quamquam enim Hieronymum sanctum veneror ut angelum et Lyram colo ut magistrum, tamen adoro veritatem ut deum.

Ac nos plane non usque quaque illum nostrum dictionarium ab omni exceptione defendimus alienum. Primum quia non singula complectitur (neque enim numero comprehendere refert) nec est ullum in omni hominum vita, quantumvis immensæ magnitudinis vocabularium factum aut fictum, quod omnes cujusque linguæ dictiones complecteretur, deinde quia in exponendis vocabulis crebro variat, tametsi hoc contingat

*

1 Der franziskaner Matthias Doringk, welcher Replicæ gegen Pauls Additiones schrieb, vgl. Reusch im Bonner theolog. litbl. 1871 s. 254 a. 1. 2 Hieronymus Opp. ed. Erasmus (Basileæ 1516) Tom. V fol. 30. 3 Ist in der von Erasmus herausgegebenen erklärung Opp. V, fol. 129 fg. nicht der fall. 4 Elfte frage: Hier. Opp. ed. Erasmus IV, fol. 68. 5 Psalm XIII.] Gemeint sind die worte des Hieronymus (Opp. ed. Erasmus vol. VIII fol. 8b.) Ab hoc versu usque ad .. versum in hebræis codicibus non habetur. Quæritur ergo quomodo Apostolus hoc usus sit testimonio in epistola quam ad Romanos scripsit. Respondemus Apostolum de Deuteronomio et cæteris scripturarum locis hoc testimonium texuisse.

pro uniuscujusque interpretis sententia. Nihil enim vel parum arbitrio nostro reliquimus, sed cujuslibet translatoris judicium monstravimus. Restat modo ut memineris: praecedentibus duobus in libris hebraica me primitiva solum collegisse, non autem thalmudica, neque chaldaica, psalmos denique secundum Hebraeorum numerum et non juxta ecclesiae nostrae adnotationem citasse, propter eos, qui de Biblia hebraica conabuntur doctrinam nostram prudenter conari. Nunc in hoc tertio libro ad artem grammaticam properamus, ut qui ex anterioribus legendi modum et vocabulorum hebraicorum significata recte jam tenent, a consequentibus discant orationem ex partibus suis constructam artificialiter explanare. In tenui labor: at tenuis non gloria. Quare vehementer curabis, si me amas, ut tua intelligentia sit adjutrix nostrae industriae. Brevia et levia tibi praecepta dabo et simul clara, quod alius ante me fecit nemo. modo cave, ne te laboris pertaesum inveniam. [Ende des dritten buches.] Finem docendi faciam, tu vero discendi numquam, si modo sapis, cum enim nulla sit possessio doctrina honestior, dum ea videri debet honestissima, quae circa res summas et admirabiles versatur, ut sunt haec rudimenta, quae tibi et per te omnibus arcanae philosophiae cupidis puerili licet artificio praebebunt iter ad perscrutationem profundissimarum scientiarum, cui gravissimus astipulatus testis ille imperii Romani nobilis et generosus comes Joannes Picus Mirandulanus, Philosophus in suis conclusionibus [1], quum ait, „Qui ordinem hebraicae linguae profunde et radicaliter tenuerit atque illum proportionabiliter in scientiis servare noverit, cujuscunque scibilis perfecte inveniendi normam et regulam habebit“ Et sanctus vir Hieronymus ad Paulam Urbicam de alphabetho Hebraeorum: quid hoc [2], inquit, sacratius sacramento? quid hac

*

1 In den bekannten 46 Conclusiones nach der schrift des Pikus: Apologia tredecim quæstionum findet sich die mitgetheilte stelle nicht. 2 quid hoc bis intrare Hieronymus a. a. o. Opera ed. Erasmus (Basileæ Froben 1516) in fol. vol. IV fol. 90b. H. fährt fort: et sensum creatoris inspicere et sermones domini dei tui qui ab hujus mundi sapientibus deridentur plenos docere sapientia spiritali?

sacramenti voluptate jucundius? qui cibi, quae mella sunt dulciora? quam Dei scire prudentiam et in abdita eius intrare.“ Unde Rabi Moyses, filius Neheman Gerundensis [1] in exordio Commentariorum Geneseos, longo sermone probare conatur, Salomonem regem omnes sapientiae suae influxus, de Pentateuchi literis hausisse. Quo tandem modus ego, Dionysi amatissime, postquam ad percipiendam graecorum linguam annis superioribus te puerum adjuncto paedagago [2] Florentiam hanc optimarum literarum altricem, non sine magno impendio trans Alpes e Suevia misi, quatenus biennium penes egregia sanctitate virum, illum Georgium Vespucium, assiduus mensae suae ac hospitii socius, Angelum Politianum, Marsilium Ficinum, et Demetrium Chalcondylen, ceterosque philosophissimos homines quotidie audires, nolui etiam huic decori tuo deesse quin hebraica, nunc sacerdos, addisceres, praesertim cum nostrates Judaei vel invidia, vel imperitia ducti Christianum neminem in eorum lingua erudire velint idque recusant cujusdam Rabi Ami auctoritate, qui in Thalmud מסכת חגיגה ita dixit. Non explanantur verba legis cuiquam gentili eo quod scriptum est: Qui adnunciat verba sua Jacob, praecepta sua et judicia sua Israel non fecit similiter omni genti. Nobis autem in statu gratiae aliter mandatur Matthæi [3] decimo: Quod in aurem auditis, prædicate super tecta, quod et ego facio teque imitari jubebo et pro hoc ergo memento mei Deus, et parce mihi secundum multitudinem miserationum tuarum. Amen.

Exegi monumentum aere | perennius
Nonis | Martiis Anno |
MD.VI. | [4]

*

1 Der unter der abkürzung „Ramban“ bekannte erklärer. 2 pædagogo] Johann Streler, vgl. dessen briefe 1491 oben nro. XXXI u. XXXIII. 3 Matth. c. X v. 27. καὶ ὃ εἰς τὸ οὖς ἀκούετε, κηρύξατε ἐπὶ τῶν δωμάτων. 4 Diesem stück folgt ein schreiben des Georg Simler an den buchdrucker Anshelm (27 März 1506), in welchem ersterer Reuchlins werk sehr lobt und mittheilt, dass dieser ihn mit der sorge für den druck des buches discedens delegaverit; discedens von einem besuche in Pforzheim, denn, nach Camerarius: de vita Philippi Melanchthonis narratio (ed. Strobel s. 9) eveniebat sæpe, ut Reuchlinus patriam et suos viseret.

1 = Rudimenta hebraica ohne eigentlichen titel, in der mitte des ersten blattes: PRINCIPIUM LIBRI 1b; die aufschrift wie oben s. 88. 621 ss. in kl. fol. a. e. Exegi — MDVI.

vorl. seite:	PHORCE IN		ÆDIB. THO.
	ANSHELMI	Buchdruckerzeichen	SEXTO KAL.
	APRILES	Anshelms	ANNO M.D.VI.
l. seite:	FINIS LIBRI.		

2 = 2 hebr. zeilen, dann: JOANNIS REVCHLI|NI PHORCENSIS PRIMI GRÆCÆ ET SACRÆ HE|braicæ linguæ adeoque meliorum literarum omnium in Germania autoris, | in Gallias vero et Italia vindicis LEXICON Hebraicum . . . . . . quæ Sebastiani Munsteri opera absolutæ sunt 2 unpag. bll., auf denen die vorrede und 418 seiten fol. A. E. BASILEÆ PER HENRICVM PETRVM, | MENSE MARTIO ANNO MDXXXVII.

LXXXXVI.

Stuttgart. 26 Jan. 1507.

[Reuchlin an] Maister Hannsen Ammerbach buchtrucker zu Basel.

S. D. P. Non defore tuam in re mea fidem Cyrus [1] renunciavit, cui etiam absque tuis literis credam, quamvis singulari me voluptate affecisses scribendo. Sed tu multis, ut opinor, curis obrutus vel binos sulcos arare non posses [2]. Expecto tamen vehementer literas tuas etiam paucas quantumcunque, quibus cæteris apud me instantibus in eo negotio, quod nosti, providentia mea clarescat. Quod filios [3] habes et dociles et amatores bonarum literarum, gaudeo haud mediocriter, credo mihi, tui causa. Eis aliquando si poterit mea opera usui fore,

*

1 Cyrus] Unbekannt. Die in diesem briefe angedeutete angelegenheit lässt sich nicht näher bezeichnen, da wir kein zeichen brieflicher verbindung zwischen Amerbach und Reuchlin vor unserem briefe kennen. Wahrscheinlich sind es die verhandlungen wegen des verlags der Rudimenta hebr., auf die sich wenigstens die folgenden briefe beziehn. Über die persönlichen beziehungen beider männer vgl. oben 30 März 1495 und Reuchlin s. 15, 58, 77, 184. 2 arrare l. 3 filios] Bruno, Basilius, Bonifacius.

jubeto utut voles et valeas. Ex Stutgardia 7. Kalendas Februaris anno 1507.

Joannes Reuchlin, Phorcensis LL. doctor.

1 = Basler universitätsbibl. handschr. G II. 13a nro. 59. Abschrift von Karl Buxtorfs 1841 nach dem damals gegen andere autographen vertauschten originale.

LXXXXVII.

Stuttgart. 12 April 1507.

Joanni Amorbacchio impressori Basiliensi amicissimo suo [Jo. Reuchlin] S. D. P.

Quod ad te crebrius quam fortasse velis de re mea [1] scribo, ignoscas impatientiæ meæ quæ tanto augetur magis, quanto, quid mihi de libris meis agendum sit, minus scio quotidieque vehementius expecto literas tuas hominis mihi instar Achatis fidissimi. Nam neque Thomas [2] impressor me certiorem facit, et quasi pythagorizaret, nec loquitur neque renunciat quicquam. Contrario mecum utitur more secus atque quondam. Antea, dum æs erogandum fuit, accepi momentaneas easque plurimas ab eo literas. Nunc post messem speranti fructus non dicam rumpit fidem, sed flectit. Tu solus consilio me juvare potes, si velis, qui omnium mercatorum fidem superas et sola veritate verborum tuorum vicisti omnium fortunam. Quare oro te pro nostra vetere inter nos amicicia, nihil cuncteris, quin ad me bonum nuncium rescribas tuis desyderatissimis literis per hunc Cyrum ad me dandis. Qua in causa recte Germanorum ingeniis et famæ consules, qui me non usque adeo ab incunabulis novæ disciplinæ [3] terreri patiaris, ut abstrusissimas scientiarum vias adhuc in sinu meo reconditas et Latinis hactenus ignotas non pandam. Vale feliciaque redde oracula. Datum ex Stuttgardia pridie idus apriles anno 1507.

Joannes Reuchlin Phorcensis LL. doctor.

1 = Basler universitätsbibl. handschr. G II 13a nro. 60 autograph.

*

1 re mea] vgl. oben s. 101, a. 1. 2 Thomas] Anshelm in Pforzheim. 3 novæ disc.] der hebräischen sprache und der kabbalah.

LXXXXVIII.

(Pforzheim.) (1507?)

Nicolaus Gerbellius Phorcensis an Reuchlin [1]

klagt über die lange zeit von Reuchlins entfernung [2], erinnert an die herrliche disputation über platonische philosophie, welche R. in Pforzheim gehalten, und will alles verlassen, wenn es ihm vergönnt werde, mit R. zu leben. En expecto quemcunque me habere vis, eum ipsum me efforma. Vis graecis studeam, studebo græcis; si Platonicum me esse velis Platonem volvam, revolvam, volutabo; sin Livianum, Livium perlegam. Vale fœliciter.

Gedruckt: 1 = C. v. e. k^b fg.; 2 = J. v. e. k 3^b fg.; 3 = C. v. e. II fol. 60^b fg.

LXXXXIX.

(Pforzheim.) (1507.)

Georgius Simler an Reuchlin

übersendet seinen commentar zu R's comödie Sergius, entschuldigt, unter anführung vieler stellen aus alten schriftstellern, sein wagniss, mit dem bemerken, dass er nichts besseres habe liefern könnnen und dass er die arbeit aus liebe und verehrung für seinen meister unternommen habe.

Gedruckt: Joannis Reuchlin Phor|censis Sergius uel Capitis ca-|put cum commentario | Georgij Symler. | . . A. E. Phorçe in ædibus Thomæ Anshelmi | Anno M.D.VII. mense | Septembri; 5letztes blatt; und in den verschiedenen ausgaben des Simlerschen commentars.

C.

Heidelberg. 6 Febr. 1508.

Theodoricus de Pleningen, doctor et miles auratus an Reuchlin

dankt für einen kürzlich erhaltenen brief, vergleicht Reuchlin mit Ennius und Homer, und bittet, ihn und seinen bruder

*

1 Über Gerbellius vgl. Adam, Vitæ Germ. Jurecons. Heid. 1620 s. 133 fg. und Pflüger, gesch. der stadt Pforzheim 1862, s. 344 ff. 2 Bezieht sich wohl auf einen besuch Reuchlins in seiner vaterstadt, s. o. s. 100 a. 4.

Johannes durch irgend eine schrift der nachwelt bekannt zu machen. Vale 1508 prid. Non. Febr.

Gedruckt: 1 = C. v. e. c 7b fg.; 2 = J. v. e. d 1ab; 3 = C. v. e. II fol. 20a fg.

CI.

Ottenbeuren. 8 Okt. 1508.

Leonardus Abbas Ottinpurrhanus [1] Jo. Capnioni S.

Virorum omnium et integerrime et doctissime mirum in modum gratulor ætati huic nostræ, qua bonæ literæ quæ diu intermortuæ sepultæque fuere, reviviscunt, et in lucem prodeunt: tibi vero vel per quam maxime, quippe qui tam de bonis literis meritus sis, quam alius nostro ævo nemo. Argumento sunt lucubrationes tuæ tersissimæ scitissimæque: Capnionem tuum loquor de verbo mirifico, nec non et institutiones [2] Hebraicæ aliaque quamplurima, quæ ex officina tua quam faberrime prodiere. Coepi autem Institutiones Hebraicas, quæ et me et fratres meos tam delectarunt, ut vix dici queat: nilque magis fratres mei affectant quam Hebraicae linguæ notitiam, quotidieque me precibus pulsant, ut Hebræum quempiam conducam, a quo s. linguam consequi possint. Magnifacient autem, si vel Psalterium solum Davidis Hebraice legere noverint, forsan ita a gloriosissimo Hieronymo edocti, qui

*

1 Leonhard Wiedemann geb. zu Schretzen, unweit Dillingen, 15 Febr. 1508 zum abt des klosters Ottenbeuren vom bischof Heinrich IV zu Augsburg geweiht, erhält in demselben jahre in Ulm von Maximilian I die regalien, wird 1521 von Karl V, 1523 von Clemens VII in seinen privilegien bestätigt. Unter seiner verwaltung wird 1509 eine druckerei im kloster errichtet „cum ad evitandum otium, tum ad sublevandum laborem religiosorum scribentium". 1545 eine öffentliche lehranstalt für morgenländische sprachen und höhere studien. 1536 erhält er für sein kloster die befreiung von fremder gerichtsbarkeit. So scheint er ein tüchtiger verwalter, und für die wissenschaft eifriger mann gewesen zu sein. In bezug auf letzteres hat Schelhorn ihn gegen Mabillons angriffe vertheidigt, vgl. Corbinian Khamm, Hierarchia Augustana. Pars IIIb Augustæ 1719 s. 339. 341. Feyerabend, jahrbücher von Ottobeuren II, s. 786. 788. 790. III, s. 133. 165. und meinen Nikolaus Ellenbog, Wien 1871. Er starb 15 Nov. 1546 in Süpplingen, wohin er wegen des schmalkaldischen krieges geflohen war. 2 institutiones] Rudimenta linguæ hebraicæ vgl. oben 7 März 1506 nro. LXXXXV.

hoc laudi dat in Paula illa Urbica [1] quod se doctore Psalterium Hebraice legere didicerit. Huic itaque tam piæ eorum petitioni acquiescens, ad te, vir humanissime, in præsentiarum scripsi, rogans, ut pro tua bonitate hac in parte eos juvare velis, teque morigerum præstes, ut si quenquam noveris Hebraeorum, fonte baptismatis renatum, qui hanc provinciam subiret, me per litteras certiorem reddas; quid insuper pro labore annuo ei faciendum foret, litteris significato. Hoc si feceris (sed facies dubio procul) perpetuos tibi et me et fratres meos debitores constitues. Vale felix. Ex Ottinpurra. 8 Id. Oct. 1508.

Aus: JO. GEORGII SCHELHORNII | .. | AMOENITATES | HISTORIÆ | ECCLESIASTICÆ | ET | LITERARIÆ | ...... | TOMVS SECVNDVS. | .. | FRANCOFURTI & LIPSIÆ | 1738 | s. 593 sq.

CII.

Ulm. 11 Okt. 1508.

Leonardo Abbati Ottenburr. Jo. Reuchlin Phorc. S.

Ita me Deus amet, ut tuam vicem gaudeo, Abba pater audiens duplici te honore dignum, quod et domui tuæ bene praees fama teste et simul amore quodam illustri afficeris erga litteras politiores, quod unum rara est avis in terris. Sed et miram nactus es vitæ sortem, ut cum multa sunt, quæ præter propter disciplinam discimus, nil omnium majoris pendas quam illam antiquam puram et originariam Theologiam quæ fuit Prophetarum atque Videntium. Unde mihi tuo merito perbeatus videris sola tua cupiditate quam in Hebraicis concepisti amore SS. Scripturarum. Nam hoc tibi affirmo, neminem Latinorum Vetus Testamentum potuisse ad anguem exprimere, nisi ejus linguæ in qua scriptum fuerit primo peritus sit. Vox enim fuit mediatrix Dei et hominum, ut in Pentateucho legimus, at non quælibet vox, sed tantum Hebraica, per quam Deus voluit arcana sua mortalibus innotescere. Ea enim, quæ rudibus oculis aspicimus, vulgo digna, quæ vero

*

1 Findet sich nicht in dem brief ad Paulam Urbicam: Hier. Opp. ed. Erasmus IV, fol. 90.

cortice relicto altius medullam pollicetur, ea solis parata est non tantum contemplativis, verum etim doctissimis illius linguæ hominibus. Quo magis Latinorum aliquos demiratus sum, quod se interpretationibus Bibliæ ingesserunt qui nec litteram Hebraicam inspexerint quidem, ne dicam cognoverint. Unde nonne futurum est ut risui multorum pateant, tametsi columnæ videantur ecclesiæ. Tu igitur, mea sententia, recte facis, qui fratres tuos hortaris, ut turbidis aquarum rivis contemtis fontium puritatem amplexentur, id est ut uno verbo concludam ut Hebraica in V. Testamento, et Graeca in Novo sectentur. Cum igitur Neophytum aliquem hebraice doctum nactus fuero, ad te mittam [1], ut sribis. Tu interea fac libros Hebraicos mature corrodas, undecunque poteris. Vale et me ama. Datum Ulmæ 5. Id. Oct. 1508

Gedruckt: Schelhorn (s. o.) s. 594. 596.

CIII.

(Mosen?) 31 Jan. 1509.

Hieronymus de Eudorff, doctor et miles [2] an Reuchlin

schickt eine goldene münze, welche auf der einen seite das bild eines kreuztragenden löwen, auf der andern das des Peträus trägt, aus bewunderung für Reuchlins hebräische grammatik. Er habe R. vor 10 jahren einmal flüchtig gesehen, wolle nun sich ihm wieder in erinnerung bringen und bitte, da er sich als kaiserlicher rath nach hause zurück-

*

1 mittam] Später entsprach Reuchlin dem wunsche des abtes, s. unten nro. CXV, den gesandten lehrer empfiehlt dann Ellenbog dem Conrad Peutinger 1510 zur unterstützung. Est homo ex Hebræis natus, sed dudum baptismatis fonte renatus, quem doctissimus ille Capnion ad nos direxit, ut hebraici sermonis pronunciationem mihi traderet, quod et per mensem nunc fideliter fecit: Quum vero certis obstantibus causis diutius apud nos agere non possit, tantum Tuam rogatam habes humanitatem ut magis non possim, quatenus ei adjumento esse velis, ut servitium quoddam honestum assequi possit. Der brief abgedruckt: Conradi Peutingeri Sermones Convivales. . Accedunt Epistolæ ineditæ ed G. W. Zapf. Augustæ 1789. Epp. nro. VII s. 148 sq. 2 Eudorff oder Endorff? Vgl. drei schriften dieses sonst ganz unbekannten mannes bei Weller, repertorium typographicum. Nro. 2410, 3386, 3387.

ziehe um einen lehrer, den er nach R's bestimmungen bezahlen wolle. Ex aedibus nostris Mosen, prid. Kal. Febr. 1509.

Gedruckt: 1 = C. v. e. g 3^{ab}; 2 = J. v. e. i^{ab}; 3 = C. v. e. II fol. 50^{ab}.

CIV.

Hirschau. 31 März 1509.

Nicolaus Basellius Hirsaugiensis monachus an Reuchlin

wünscht R. glück, dass er sich von den geschäften auf das land zurückgezogen habe [1], und vergleicht ihn mit den männern des alterthums, die auch nach einer ausgebreiteten thätigkeit das land bebaut hätten. Gruss an R's frau. Ex Hirsaugia, prid. Cal. Apr. a. 1509.

Gedruckt: 1 = C. v. e. g^{ab}; 2 = J. v. e. h 2^{b} fg.; 3 = C. v. e. II fol. 46^{b} fg.

CV.

Ottobeuren. 24 April 1509.

Frater Nicolaus Ellenbog [2] Joanni Reuchlin Phorcensi S. d.

Εὐδιαγειν. Vir literatorum ætate nostra omnium facile princeps, non velim arrogantiæ adscribas, quod elinguis ego et aridi incultique sermonis testor, ad te, virum omnifariam doctissimum eloquentissimumque literas dare præsumpserim, quin potius id tuæ adscribas humanitati quæ in omnes bonarum literarum studiosos dives existit, quod sane luce clarius est cuilibet opera tua incude faberrime excussa legenti quae sane nocturna verso manu atque (utinam pro dignitate) diurna. Institutiones tuæ hebraicæ in manibus meis frequentissimæ sunt, in quibus operam omnem polliceris illis quos in hebraico discendo sudare olfeceris. Quo fit, ut bonitate tua animatus, confidenter ea quæ scire velim, a te, humanissime vir, petere non erubeam. Velim itaque, quantum per publicas occupationes tibi licuerit, certiorem me reddas, quid sit Thargum

*

1 Vgl. über diese stelle meine Mel. oratio s. 33 fg. 2 Vgl. m. Nik. Ellenbog, ein humanist und theologe des 16 jahrhunderts. Wien 1870 und den nachtrag dazu: öst. vierteljahrsschr. f. kath. theol. X, s. 443 bis 458.

cujus sane in dictionario tuo sæpius mentionem facis. Præterea si ars cabala tua et opera et bonitate in lucem prodierit, cujus hebraicæ linguæ studiosis copiam te facturum polliceris. Quod si ita est, fac quæso, optime vir, et mihi quoque impertias. Præterea quantum ex tuo nunquam satis mirando de verbo mirifico opere accepi τὸ ὄνομα τετραγράμματον cum he in fime scribendum venit, hoc modo: יהוה. Ego vero bibliam impressam legens quam mihi doctissimus ille atque humanissimus Conradus Peutinger commodato dedit, recepi illud non per he, sed daleth in fine scribi, hoc modo יהוד. Cæterum præter quatuor distinctiones quas in capite tertii libri institutionum hebraicarum ponis offendo et alios distinctionum characteres in præfata biblia ..... [1], quid vero sibi velint ignoro. Demum quod chaldææ translationi Jonathæ plur mum auctoritatis Hebræi tribuunt, placuit Patri ac Domino meo dignissimo abbati [2], politiorum literarum amatori singulari, ad Venetias scribere pro bibliis (ut appellant): hebræa, chaldæa simul et græca quas propediem venturas speramus. Ne vero jacturam ex elementorum [3] chaldaicorum ignoratione patiamur, etiam atque etiam rogo ut chaldæum alphabetum tua manu exaratum ad nos dare velis cum breviuscula quadam dilucidatione [4]. Quod etsi plura quam occupationes tuæ maximæ admittant peto, ad discentis tamen fervorem si respicias, laborem recusabis nullum. Vale bene, Germani specimen, ut verissime Titio [5] de te cecinit, nobilitasque soli. Ex Ottenpurra 8 Kal. Majas 1509.

Msc. Ellenbog [6] in Ottobeuren abschr. v. 1779 lib. I epist. 70. fol. 61ª bis 62ª.

*

1 biblia] folgen einige accentzeichen, die wie alles hebräische in der handschrift sehr undeutlich und fehlerhaft geschrieben sind. 2 Leonhard Wiedemann s. o. nro. CI. 3 elemento 1. 4 dilucitatione 1. 5 Titio] Sebast. Brandt, vgl. dessen oben nro. LVI a. 3 angeführtes Elogium 1496, dessen erste verse lauten:

Capnion illustres inter memorande poetas,
Germani specimen, nobilitasque soli.

6 Eine genaue beschreibung der handschr. s. österr. vierteljahrsschr. u. s. w. s, 443.

CVI.

Stuttgart. Mai 1509.

Joannes Reuchlin Phorcensis LL. doctor Nicolao Ellenbog salutem.

Ad literas tuas amore literario plenissimas et quidem supra quam in viro monastico quæsissem tersas atque politas respondere moratus sum, mi Cubite [1], non torpore ullo, sed occupatus rei familiaris tot et tantis molestiis. Atque vereor nunc certe, ne tu me confestim philosophum abjecisse putes, qui philosophiam patiar mortalium rerum tam vilibus curis opprimi. Faciundum fuit, Nicolae et si Pripateticis assentimur, quandoquidem materia procedit formam, paranda fuit hactenus domestica materia, ut inde contemplationis formam leviore transitu educeremus. Quid illud est? Audi. Cum annis superioribus multum ægrotassem, consuluerunt medici et illorum princeps Stocarus [2], ut illico ërem mutarem. Coepi ex urbano fieri rusticus. Quod facile factum erat, quoniam mihi prædium in suburbanis esset. Ubi hoc ferme biennium ita aedificando consumpsi, ut ne libris ullum reliquissem locum, nam bibliothecam in urbe dimisi, ego autem rus habito. Et usque huc inter me atque libros odiosum perseverat divortium, ut nec tibi nec alicui alteri docto viro satis pro dignitate quicquam scribere possim. Accessit tanta literatorum ingratitudo, quam librarius queritur qui operum nostrorum tam raros invenire se ait mercatores ac pene licitatores nullos, ut mallet Antegameratum [3] aliquem, aut parva logicalia [4] Maulfeld impressisse. Unde factus sum (ut vera fatear) ad altiora componendum tardior. Parata vero Accademia nostro in loco, cum litteris redibo in gratiam et majus opus movebo volentibus diis deorumque optimo maximo Jhesu rege nostro.

Sed ut ad tuas quaestiones veniam. Thargum thalmudica dictio est, non hebraica, licet admodum Hebraeis usitata et significat interpretationem chaldaicam. De cabala

*

1 Diese latinisirung des namens wird von Ellenbog sehr selten angewendet. 2 Vgl. den brief an ihn, ende 1512. 3 Über die schrift habe ich weder bei Hain noch Panzer irgend eine notiz finden können. 4 Parvulus logicæ s. Hain, Repertorium bibliographicum nro. 12430 bis 12432.

nihil adhuc ex me habetur. Est enim altissima speculationum quam linguae hebraicae plena cognitio debet antecedere, quare discipuli prius concinnandi sunt. De nomine Tetragrammaton si Capnionem nostrum [1] perlegeris invenies, illud propter excellentiae suae reverentiam quandoque notulis aliis conscribi, ne quotidiano usu vilescat. Quare solent quoties in chartaceo papyro depingitur, non integris litteris effingere, sed ultimam cum daleth, vel quot notare sic: יהוד vel יהוק aut omnino aliis notis ... [2], seu alio quovis modo, dum non sint literae Moysi revelatæ quas solum inter sacra eloquia membranis conscripta conformant. Quæstio tua de dictionum punctis absolvitur titulo rudimentorum. Qui enim erudiunt, non omnia secant ad vivum, sed admittunt sarculos in annum venturum putandos. Ea [3] quæ puncta designant non distinctionis sunt, sed vel prosodiæ vel temporum, vel passionum notæ apud Graecos χρόνοι, τόμοι, πνεύματα, παθήματα, de qua re perfectis perfectior est disciplina. Quod chaldaicum characterem desyderas, nihil differt ea litera, crede mihi, ab hebraea, sed eisdem figuris scribitur chaldaicus et hebraicus sermo. Syrorum ea est lingua, quam Gallilaei omnes et Christus et apostoli habuerunt in usu. Nec major illarum linguarum est disparitas, quam aqud nos Germanos bassae et altae, seu Belgicae et Bojaricae. Latius apud te aliquando futurus ego spatiandi gratia, si jubeat ille tuus laudatissimus Abba, ostendam pro coepta inter nos integra benivolentia quicquid fuerit opportunum. Nunc raptim haec et perfunctorie scripsi ἄτερ βιβλίων inter cementariorum opificia et structiles lapides lignorum acervos. Vale foeliciter. Ex Stutgardia 1509, mense Majo.

Msc. Ellenbog lib. I ep. 71 fol. 62ª bis 63ᵇ.

CVII.

Ottobeuren. 3 Juni 1509.

Frater Nicolaus Ellenbog Capnioni salutem.

Doctissime humanissimeque vir. Accepi literas tuas suavissimas officii et humanitatis plenas quas sane Croesi opibus

*

1 De verbo mirifico 1494. 2 Vgl. die bemerkung s. 108 a. 1. 3 Tu mscr.

vix commutarem, tanti enim facio literatorum me inire gratiam, ut nihil supra. Quod de dubiis meis certiorem me feceris, gratias tibi habeo immortales. Rogat insuper pater meus dignissimus abba, ut ad se quandoque concedas eam quae sibi possibilis foret ostensurus humanitatem. Porro quod scribis, literatorum monarcha, graviter te ferre hominum nostra aetate ingratitudinem qui usque adeo negligentes se praestent, ut bibliopola rarenter operum tuorum emptorem inveniat, nihil est, literatissime vir et de bonis literis optime merite, quod curare debeas. Memineris illius, quod de tragoediarum quodam rapsodo legimus qui quum tragoediam referret nec quispiam praeter Platonem adesset, objectantibus quibusdam dedecori esse illi, quod nemo praeter unum adesset, respondit ille: et hic unus plus est quam totus Atheniensis populus. Itidem et tibi faciendum censeo, plus enim apud te valeat literatorum et quidem paucorum judicium quam nauci hominum innumera multitudo. Quod si nostra aetas coeno barbariei infixa, ad politiora stadia se levare nequit, succedet forsan altera aetas quae te in pretio habebit et ad sydera usque levabit. Sunt nostra aetate homines perversissimi, nam quum semper novas (Divi Hieronymi verba sunt) expetant voluptates et gulae eorum vicina maria non sufficiunt, cur in solo studio literarum veteri sapore contenti sunt? Caeterum etsi operum tuorum complura mihi lecta sint, solae tamen Hebraicae institutiones in bibliotheca nostra resident. Quare precor, ut alia omnia quae hactenus in lucem prodiere, ingenuo viro Dietagio Westerstetten nobis mittenda des qui et pecuniam dignationi tuae nomine nostro reddet. Fuit mecum per hos dies frater Crismannus [1] minorita, cum quo de hebraico nonnihil contuli, qui te multum salvere jubet. Laborat ille die noctuque ut chronicam [2] quam tuo jussu in-

*

1 Crismann war mönch des franziskanerordens in Kempen bis 1510, wohin er von da kam, ist unbekannt. Dass er mit Reuchlin bekannt war und in briefwechsel stand, und zwar spätestens schon 1502, wozu jedenfalls beider hebräische studien anlass gaben, geht aus den briefen Ellenbs. an C. lib. I ep. 59, 10, 86 und ein brief E.s an Conrad Pellikan lib. II ep. 73, 11 Okt. 1514 hervor. 2 Von dieser chronik ist, soviel ich weiss, nichts veröffentlicht worden, und nur bekannt, dass auch Ell. (lib. I s. 60 undatirt 1508)

coepit, perficiat. Vale fœlix. Optat te [1] abba noster in Domino semper bene valere. Ex Ottenpurra 3 non. Junii 1509.

Msc. Ellenbog. lib. I epist. 72 fol. 62b sq.

CVIII.

Pforzheim. 20 Juni 1509.

Georgius Similer [2] an Reuchlin

ermuntert, unter vielen lobsprüchen, Reuchlin, sich von neuem seiner wissenschaftlichen beschäftigung hinzugeben. Dat. Phorcæ 12 Kal. Jul. a. 1509.

Gedruckt: 1 = C. v. e. g 4a; 2 = J. v. e. i 2a; 3 = C. v. e. II fol. 51b fg.

CIX.

Basel. 27 Juni 1509.

Joannes Amorbacchius impressor Basiliensis, Joanni Reuchlin Phorcensi, LL. Doctori S. D. P.

Egregie doctor, vir humanissime. In commentariis S. Hieronymi super prophetas sunt plurima vocabula graeca e diversis translatoribus ex hebraeo varie interpretata, et fortasse illud ex hoc accidit, quia viderunt unam literam hebraeam pro alia. Vocabulis autem graecis quae in dictionariis graecis apud nos existentibus non invenio, fidem dare non audeo. Sunt etiam ea vocabula in antiquis libris ita corrupte scripta, quod literas quando non cognosco. Quapropter ea vocabula graeca quae non intelligo in quaternionibus quibusdam depinxi, eomodo quo potui ex antiquis libris et eis breves sententias ex commentariis praemisi, dedique ea omnia religioso viro Conrado Leontorio, tibi ut dicit notissimo, ad te deferenda, qui et mihi affirmavit rem meam apud te promovere et instare, ut operam des illorum emendationi et correctioni [3].

*

darum bittet: Chronographia tua ne me fraudes precor. Bemerkenswerth ist die notiz in unserem briefe wegen Reuchlins interesse für geschichte.

1 se mscr. 2 Simler s. o. nro. LXXXXIX. 3 Die ihm hier übertragene arbeit hat Reuchlin zwar übernommen, aber, wie es scheint, nicht zur vollen zufriedenheit ausgeführt. Beatus Rhenanus schreibt an kaiser Karl 1 Juni 1540: Pridem enim Joannes Amerbacchius, absolutis Ambrosii Augu-

Quod et ego peto ea instantia, qua possum. Et pro laboribus quicquid petieris libentissime dabo. Si autem me derelinquas, neminem scio in Alemannia qui me juvare posset. Et forte propter hoc opus infectum permanebit. Spero etiam, postquam Hieronymus cum suo graeco et hebraeo fuerit impressus, quod rudimenta hebraea pluribus vendentur [1]. Vale feliciter. Ex Basilea 27 Junii 1509.

Gedruckt: 1 = C. v. e. e 8a; 2 = J. v. e. g 1b sq.; 3 = C. v. e. II fol. 38b sq.

CX.

Ottobeuren. 23 Juli 1509.

Frater Nicolaus Ellenbog Joanni Reuchlin LL. doctori S. d.

Vir humanissime, perlegi annis superioribus ac relegi opera docti Platonis nobis beneficio Marsilii Ficini latinitate donata. Ex quibus sententias quae fidei nostrae plus adstipulare videbantur excerpsi quaeque ad bene beateque vivendum conducere quoquo modo videbantur qua potui diligentia congessi [2]. Quum autem ea nunc omnia quae impresso-

*

stinique libris, totum se comparaverat ad castigationem voluminum Hieronymi, undique conquisitis vetustissimis exemplaribus, et doctis viris conductis qui Græcas dictiones passim restituerent: de quorum numero fuit Joannes Reuchlinus Jureconsultus qui e Lexicis vacuas lacunas replere conabatur, cui successit felicior castigator Joannes Cono Norimbergensis instituti Dominicani, qui, meliorem viam secutus, e vestigiis antiquorum codicum ea quæ vel deerant vel erant depravata diligenter reponebat vor den Opp. Erasmi ed. Lugd. Bat. I. Dagegen spricht Erasmus in der widmung des Hieronymus an Leo X (28 April 1515) auch nicht den leisesten tadel gegen ihn aus, sondern rühmt ihn ungemein. Freilich lässt er (Opp. III col. 154) auch Cono gerechtigkeit zu theil werden: Neque parum attulit momenti Conon Nurenbergensis, Theologus ex instituto horum quos vulgo Prædicatores vocant, vir ut Græcæ literaturæ callentissimus, ita in adjuvandis bonis literis infatigabili quadem diligentia. Leontorio] s. o. 7 März 1489. Aus unserer stelle hat Oskar Hase: die Coburger buchhändler familie zu Nürnberg s. 30 a. 4 geschlossen, dass L. Amerbach den gelehrten gegenüber vertrat.

1 Vgl. hiefür und für das ganze verhältniss zwischen Amerbach und R. unten nro. CXXIII fg. 2 Dieses buch, das epitome Platonicum, hatte E. bereits 1505 vollendet; nach Reuchlin erhielten es andere, namentlich Peutinger, zur durchsicht und verbesserung. 1516 sollte mit dem druck ernst

riam[1] artem respiciunt habeamus, animo esset ea literis mandare. Quare humanitatem tuam tantum rogo, ut magis non possim, ea quae ex Cratylo transcripsi recognoscere velis emendataque remittere. Gratissimum insuper mihi feceris et sane supra quam dici possit, si singulas dictiones graecas graecis nativisque elementis adornaveris, ut me coepisse videre poteris; sic namque propriis congenitisque atque nativis, ut ita dicam, literis conscriptae majore suavitate legentur. Est autem ea res tibi factu facillima, quippe qui graecam atque latinam calleas linguam, nec tantis implicitus es negotiis, quin tantillum temporis suffurari possis. Fac itaque, bone vir, pro mea in te confidentia et ea quae petivi quamprimum poteris absolvas. Quaterniones sūmma cūstodia servabis, aliud enim exemplar habeo nullum. Omnia vero tibi delegare nolui, potissimum tam occupato. Abba noster dignissimus te bene valere optat. Vale fœlix. Ex Ottenpurra 10 Kl. Aug. 1509.

Msc. Ellenb. lib. I ep. 73. fol. 64a. b.

CXI.

Schlettstatt. 10 Nov. 1509.

Beatus Rhenanus[2] Selistatinus Jo. Capnioni Phorcensi S. D. P.

Jacobūs Faber[3] Stapulensis vir ex omni aevo incomparabilis omniumque disciplinarum uberrimus fons qui philosophiam

*

gemacht werden, aber unachtsamkeit oder unredlichkeit von bekannten ließ die handschrift zu grunde gehen und E. beklagte ihren verlust. Vgl. m. Ellenb. s. 68 fg.

1 impressoriam] Über die von dem abt Leonhard Wiedemann in Ottobeuren eingerichtete druckerei, in der auch ein werk E.s erschien [österr. vierteljahrsschr. f. kath. theol. 1871 s. 445] vgl. m. Ellenb. s. 13 u. a. 4.
2 B. Rh. von Ad. Horawitz, 3 hefte Wien 1872. 3 Jakob Faber geb. 1450 zu Etaples in der Pikardie, studirt in Paris, griechisch bei Hermonymus, reist nach Italien 1492, ist dann in Paris als professor thätig; von seinen schülern sind namentlich bekannt: Jacobus Clichtoveus, Aventin, unser Rhenan. Durch die familie Brissonet erlangt er eine stellung am hofe und wird bischof von Meaux. Seine wissenschaftlichen verdienste bestehen namentlich in seiner übersetzung der bibel ins französische und in seiner thätigkeit als exeget. Wegen einer behauptung, es gebe nur eine heil. Anna, die nur eine tochter Maria gehabt habe, verdammt und wegen seiner

nimio situ squalentem et suo viduatam splendore ita illustravit, ut Hermolao Barbaro et Argyropylo Byzantio praceptoribus (quod quodam loco [1] adnotasti) olim tuis hinc longe plus nitoris attulerit. Ille enim praeter latinitate donatum paraphrasten Themistium et Dioscoriden adhuc a quibusdam suppressum parum quod quidem editum sit elucubravit, alter totam Aristotelis philosophiam in latinum e graeco vertit, sed nudam, nullisque illustratam commentariis, quo legentium mentes obscura ejus philosophi sensa facilius intelligant. Hic vero peripateticam doctrinam ita reddidit perviam, ut neque Ammonio neque Simplicio aut Philopono jam sit opus. Is, inquam, celeberrimus vir, cum ego apud Parisios philosophiae studiorum assecla degerem, mihi opido familiaris fuit, quo factum est, ut et in Germaniam reverso mihi de rebus suis nonnumquam scripserit. Et quoniam Cusani omnium Germanorum doctissimi opera a se recognita impressioni tradere in animo habet [2], elapso jam tempore per literas a me rogavit, ut, si quae superessent ejus viri opuscula, praesertim Directorium speculantis quod Tritemius in catalogo suo ponit, exscribi curarem. Dedi jam ego operam apud multos ut aliquid conquirerem, cum Moguntiae apud Gresemundum [3], tum Friburgi apud Gregorium Ruchium Cartusium [4], quod is visi-

*

hinneigung zu Luther verfolgt, flieht er nach Strassburg 1525, wird aber schon 1526 durch Franz I zurückberufen und stirbt 1536, vgl. K. H. Graf: Jacobus Faber Stapulensis in der zeitschr. für hist. theol. 1852 s. 3 bis 87, s. 165 bis 238.

1 quodam loco] in der vorrede zu den Rudimenta linguæ Hebraicæ 7 März 1506 s. o. nro. LXXXV. 2 Den Plan, die werke des Cusa herauszugeben, hat Faber wohl später fallen lassen. 3 Über Theodorich Gresemund vgl. Riegger, Amœn. litt. Friburg. passim. 4 Gregor Reisch, Prior der Carthause auf dem St. Johannisberg in Freiburg, ein wissenschaftlich tüchtig gebildeter mann, verfasser der margarita philosophica, mitarbeiter an der ausgabe der werke des Hieronymus (Basel 1516), lehrer Johann Ecks, bei kaiser Maximilian in grossem vertrauen, der in seiner sterbestunde nach ihm verlangt. Vgl. Wiedemann, Joh. Eck s. 22 fg. Er gehört zu denen, die von Max. den auftrag erhalten, über die judenbücherfrage ein gutachten abzugegen und die im gegensatz gegen Reuchlin, die unterdrückung aller bücher mit ausnahme der bibel für göttlich und löblich erachten. Ihr Gutachten bei Böcking, Hutteni Opera VI, s. 104 bis 107.

tatoris officio fungens varias bibliothecas ejus praecipue regionis, ubi Cusa adhuc in humanis agens frequens fuisset, sæpe perlustraret atque axcuteret. Hic autem præter libellum de deo abscondito quem pridie exscriptum habeo et sermones nihil se adhuc comperisse adfirmat. Percontatus præterea sum a Pelecano Rubeacensi [1], vidissetne uspiam tale quippiam, retulit is, te multa habere, quæ Cusa composuisset, sed paucis ea communicare, quippe quae apud te essent in magno precio. Significavit mihi hoc idem Ruschius Cartusiensis. Cœpi itaque eruditissime vir, exinde cogitare, quo pacto mea opera particeps eorundem libellorum Faber efficeretur. Et primo cum de parandis ad te literis consilium iniissem et me ipsum aspicerem, frustra me canturūm esse subverebar, mox, cum Fabrum, cui hæc mitti deberent, et cui vix negari possent consyderarem, animus mihi fidenter petendi datus est. Non enim tanto viro qui te et tua omnia mirum in modum laudat, extollit, magnifacit te non obsequuturum facile unquam crediderim. Qui de te in quincuplici [2] psalterio (quod ad hebraici et græci exemplaris archetypum veritatem fidelissime recognitum et venustissimis notis informatum, mihi nuperime muneri misit) ita honorificam mentionem facit, ut libeat ejus hic verba recensere, quom de supersancti regis nostri et Servatoris nomine loquitur, sic inquientis: „Illud idem scripsit Mirandula et de eodem librum edidit elegantissimus et sine controversia inter Suevos doctissimus Joannes Capnion, cujus paulo ante meminimus, quem quidem libellum ab illo divino benedicto et mirando nomino de Verbo Mirifico nuncupavit". Hactenus Faber. Quin aliis in locis Reuchlinianorum Rudimentorum

*

1 Conrad Pellikan s. o. s. 72 a. 3. 2 quintuplici 1. 2. 3. QVINCVPLEX | Psalterium. | Gallicum. | Romanum. | Hebraicum Vetus. | Conciliatū. | Titel in hübscher einfassung 289 bll. in fol. Am schluss: ABSOLVTVM FVIT HOC QVINCVPLICIS PSALTERII OPVS IN | cœnobio sancti Germani prope muros Parisiēses: anno a natali CHRISTI | domini 1508. Et in clarissimo Parisiorū Gymnasio ex chalcotypa | Henrici Stephani officina e regione scholarū Decretorū | emissū anno ejusdē CHRISTI saluatoris omniū | 1509 pridie Calēdas Augusti. Illi igitur | qui absolvere et absolutum in | publicum emitte-|re dedit. | LAVS ET GRATIARVM ACTIO IN SECVLA SECVLORVM AMEN. | (Darmst. hofbibl.)

(sic enim nominat) sæpe meminit. Vides igitur quanti te faciat Faber, quantaque honoris præfatione de te loquatur. memini ego ex ejus me ore non semel audire: „Doctus et revera is qui se Fumulum appellat.“ Hæc autem si, ut tibi aduler, me in medium afferre credis, longe erras. Non enim ex eorum numero sum qui aliud blacterant, aliud in pectore clausum gestant, sentit animus cum calamo, lingua cum corde. Moveare itaque, præstantissime vir, ad mihi commodandos libellos, non modo ob Fabri in te benevolentiam, sed et ob maximam Germaniæ laudem quae inde Germanis omnibus adcrescet. Excusi sunt jam pridem non inficior ejusdem dialogi multi, quos omnes et ego inter meam librariam supellectilem teneo, sed erratorum immunes non sunt. Quare cum iis recognitis atque elimatis sermones quos ex pontificia Romæ bibliotheca exscriptos habet et tui dialogi accesserint, erit profecto opus undiquaque consummatissimum. Verum ut ad id faciundum propensior reddare, dono tibi misi elegantissimum politicorum opus [1] quod ab hinc triennium Faber Stapulensis ex sua officina emisit. Tritum enim est apud græcos adagium χεὶρ χεῖρα νίπτει καὶ δάκτυλος δάκτυλον. Da et accipe, mutuum namque muli scabunt, ut est apud epigrammatarium Burdegalensem. Tu igitur, eloquentissime vir, morem mihi in hac re geras, quod si egeris, erit, cur tibi perpetuo devinctus existam. Si praeterea propositiones Cusae impressas, Symmachi epistolas aut Egesippi historici christiani libros scriptos apud te habes patiare obsecro, ut me adeant et ad aliquot dies mecum hospitentur, redibunt sancte polliceor. Actutum Hermonymus [2] Lacedaemonius non tam doctrina quam patria clarus olim tibi apud Parisios praeceptor et mihi graecae linguae tyrocinia exposuit tui subinde memor. Vale, Germaniae, immo totius orbis decus et Rhenanum tuum inter eos referto qui tibi sunt opido quam deditissimi. Ex Helveto quod vulgus

*

Sperabam non intemperanter, excellentissimi doctores, tot et tam humilibus meis supplicationibus nuper epistolæ meæ ad vos perlatæ insertis, a vestra, non humanitate solum, quæ abs quolibet homine homini debetur cuicunque, verum etiam fraterna charitate quam majestas evangelica nobis Christianis edicti loco proposuit, tandem aliquando impetrare potuisse, ut ego ille qui declaratione mea doctissimis viris satisfecerim, cæteris plurium etiam universitatum saltem vobis quoque satiandis jam et necdum (ut scribitis) satiatis, qua serie, quo modo, qua forma scribendum sit per vos fierem certior. Si enim esset spiritus Danielis duplex in me, non ego cuilibet sua somnia et expositiones narrem. Sed quia nescio, quo malo meo fato id quod a vobis haud inique petebam consecutus non sim (nam commeritis meis nihil sinistri ascribendum censeo, qui neque de vobis generatim, neque de vestrum quolibet singillatim [6] data opera et ex proposito male meritus sum) sed adverso inquam successu meo contigit, ut neque characterem, neque typum tractandi ab insigni collegio vestro precibus [7] obtinuerim, experiar nihilominus [8] virium

*

1 Perpuleris 2. 2 Vir sapiens] sprüche 24, 5. 3 Corona] sprüche 16, 31. 4 Domini ausgelassen 2. 5 Ohne aufschrift 2. 6 Sigillatim 2. 7 Precibus ausgelassen 2. 8 Nilominus 2.

mearum imbecillitatem et laicus sacra librabo quod boni [1] consulatis obsecro.

Nam ut complaceam venerando cœtui vestro et exacerbatos, si qui sint, reconciliem et nutantibus porrigam manum, et gladium non sinam in vulnere, statui mecum, ad quod antea paratus eram, ut per epistolam vobis patefeci, ex sola Dei et proximi dilectione ac bono zelo nostræ religionis declarationes etiam in lingua vernacula et vulgari sermone ad proximas nundinas Francofordienses [2] omnibus exhibere, veteres extendendo, et ubi opus fuerit jungendo novas, quod pusillis præbebit ansam [3] standi et insidiosis atque malevolis auferet calumniandi occasionem, ne vel mortuo leoni barbam vellant vel cum vivo digladientur, in majus vulgi scandalum et evangelicæ pacis læsionem.

Quod autem petitis, ut libelli, si qui mei adhuc extent aut denuo impressi, curem ne vendantur, primum scitote, nullos esse denuo impressos; deinde meos nunquam fuisse, sed impressorum, a quibus duodenos ære proprio mercatus sum ut amicis donarem. Quapropter hac in parte mihi non erit possibile, vestro voto morem gerere. Itaque dignemini haud [4] moleste ferre, si quod omnino excedit facultates meas, vobis non præstem [5], quibus profecto cuperem cuncta gratificari. Fœliciter valete, celeberrimi doctores et patres mei, quibus vehementer opto et desyderio desydero, me tandem aliquando in nomine Jesu Christi et in osculo pacis gratum fore et acceptum. Stutgardiæ 5 Id. Martias Anno 1512.

Gedruckt: 1 = J. v. e. r. iii^b 4^a; 2 = Maius l. l. p. 340 sq.

CXLIV.

Stuttgart. 11 März 1512.

Johannes Reuchlin Phorcensis LL. doctor f. Cunrado Kollin de Ulma, theologiæ professori, ordinis Prædicatorum, Coloniæ s. d. p. [6]

Facit summa fides quam tibi habeo amicus amico, ut etiam dehortantibus aliis penes nos, tua tamen consilia sequar

*

1 Bono 2. 2 Francofurtenses 2. 3 Ansam] causam 2. 4 Haud] non 2. 5 Vobis præstem minime 2. 6 Ohne aufschrift 2.

et sic omnia constitui mihi agenda, ut tu admones. Tractatulum faciam declarationum mearum in lingua germanica nobis vernacula, ut ex prioribus tuis literis tibi placere conjicio. Expectavi hactenus informationem doctorum, contubernalium tuorum, licet frustra. Et nunc pro tua quoque voluntate, quamquam tempus admodum breve est, tamen noctes insomnes ducam, eo quod dies mihi consumendi necessario jam sint in reipublicæ negociis secularibus, ita ut vix queam præ laboribus hiare. Sed tamen propter Christum, spretis omnibus aliis, operabor.

Quod te in tantum, sicut scribis, pro me obtulisti, ut promissionibus de me tuis inquisitor acquieverit [1] nec ad cremandum libellum aut ad mei vocationem ab aliquo præcipitatum fuerit, certe utrique parti utiliter gessisti negocium. Nam revera, egregie doctor, anime mi, tuo cordi ex meo corde hoc secretum revelo, ita me peritissimorum consilio esse fundatum, ita validorum ope suffultum, ut majus adversariis detrimentum et rerum et famæ surgeret, quam mihi, si quid temere contra me molirentur. Nec jura pertimesco, sed injuriam, stante declaratione mea in latino edita. Quare tam tui illi, quam ego ipse meritas tibi gratias agamus recte licebit, utrisque enim profuisti. Crede mihi, non sum destitutus potentissimorum auxiliis. Sed tamen pro modestia naturæ meæ cupio pacem plus quam gentium et nationum bella vel diffidationes. Et malo esse in bona amicitia tui collegii hominum eruditissimorum cum quibus posthac futura sit mihi docta et suavis conversatio et amica fraternitas, quam litibus dare operam. Facile rixa oritur, sed difficiles habet exitus, hoc non tantum ego, sed etiam vos cogitare debetis.

Quod nisi esses alter ego, hæc ad te non scriberem. Nam quem motum cieret in militaribus tam nobilibus quam plebæis? etiam istis deloricatis tunicis, et cicatricosis velitibus, si Demosthenes aliquis coram exponeret, ac rhetorice declamitaret hujus negocii principium, medium et finem, quibus fuerit Christus, quibus fuerit fiscus. Deinde meam tam

1 Acquierit 2.

simplicem innocentiam, qui sum traditus, sum venditus, non commonitus, non prævisus; cujus consilium principi offerendum est publicatum antequam oblatum. Eum traditorem sediciosum, et notorie infamem calumniatorem, qui, cum sit Judæus baptizatus, et laicus conjugatus contra me Christianum hominem famose prædicavit, coadunata congregatione fidelium Francofordiæ [1], contemptis ecclesiæ mandatis et constitutionibus, cum suspitione reditus ad vomitum [2], vos nutritis fovetis et laudatis, qui emunctos et emungendos grandi pecunia Judæos in ista tam favorabili causa scriptis notavit. Putasne piarum aurium non fuerit offensivum, quod me in verbulis quibusdam capere conaris et detestanda opera non abomineris? Accederent item post manum validam poëtæ et historici, quorum hoc tempore magna copia vivit, qui me præceptorem quondam suum, ut par est, venerantur, qui tantam iniquitatem adversariorum perpetuæ traderent memoriæ et innocenter passum me describerent cum ætherna gymnasii vestri ignominia. Lege Minoëm Platonis et invenies vera me dicere. Igitur noli esse justus nimis, nedem cælum tuearis, terram amittas. Thales Milesius cælum aspexit et in foveam cecidit. Filii Israel Sabbathum dei custodierunt et bello perierunt [3]. Habet justicia gradus suos. Hunc versiculum puer didici: Glimpfius est pluris quam tota scientia Juris. Vale fœliciter, ad pacem pronior quam ad superbas contentiones, quarum autores multis sæpe innocentibus sunt cædis occasio. Stutgardiæ 5 Id. Martias. An. 1512.

Gedruckt: 1 = J. v. e. r 4^b s^a; 2 = Majus l. l. p. 341 bis 343.

CXLV.

Wien. 5 April 1512.

Simon Lazius an Reuchlin

R.s augenspiegel ist von ihm, von Thomas Resch [4],

*

1 Über diese predigt Pfefferkorns 7 Sept. 1511 vgl. Reuchlin s. 255. 2 Cum suspitione reditus ad vomitum] kann vielleicht nichts anders heißen, als „auf dem der verdacht ruht, zu dem verlassenen glauben [dem judenthum] zurückzukehren“. Bekanntlich war später unter den humanisten der glaube im allgemeinen verbreitet, dass Pfefferkorn wieder Jude geworden sei. 3 2 Makk. 2, 38. 4 Resch, Thomas (mit dem beinamen Velocianus), ist

Andreas Stiborius [1], Joachim Vadian, Johann Cuspinian mit grossem entzücken gelesen worden. L. selbst hat einen buchhändler, der Pfefferkorns schrift feilbot und billigte, zu anderer ansicht zu bringen versucht, schickt Vadians und Cuspinians schreiben und entschuldigt Reschs schweigen mit dem schnellen abgang des boten. Viennæ, nonis aprilibus, anno 1512.

Gedruckt: 1 = C. v. e. h 3; 2 = J. v. e. l^b; 3 = C. v. e. II fol. 63; 4 = Böcking, suppl. II, p. 706 fg.

CXLVI.

Wien. 12 April 1512.

Joachimus Vadianus [2] an Reuchlin.

lobt R.s augenspiegel. Es wäre freilich kaum nöthig gewesen, einem getauften juden gegenüber so ausführlich zu reden, aber die bedeutung der sache verlangte ein gewichtiges wort. Besässe er ein protokoll der R.schen streitsache, so würde er darunter schreiben: Et ego Vadianus literarum in gymnasio Viennensi adstipulator Capnionis causam probo effero et victricem judico manu propria. R., als Jovis [3] per secretissima mysteria inter Germanos interpres,

*

1504 und mehrfach dekan der philosophie, 1509 und 1511 rektor der Wiener universität (in dem letzteren jahre thut er die ganze theologische facultät in den kirchenbann, weil sie ihn nicht anerkennen will; vgl. Kink, gesch. d. Wiener univ. 1854 I, 1 s. 209 anm. 242 und 2. s. 118 fg.), kanonikus zu St. Stephan, starb 1520. Eigne schriften hat er wol nicht geschrieben, werke seiner freunde begleitet er mit empfehlenden zuschriften und gedichten vgl. Denis, Wiens buchdruckergeschichte. Wien 1712 s. 23. 44. 69. 108. 141.

1 A. St. (Stöberl) von Vilshofen in Baiern, lehrer der mathematik in Ingolstadt und Wien, 1514 von Max I. zur verbesserung des kalenders zu rathe gezogen, st. 1515 als domherr zu St. Stephan. Über Vad. und Cusp. s. unten. 2 Über Joachim von Watt aus St. Gallen 1484 bis 1551 vgl. Pressel: J. V. Elberfeld 1861 und neujahrsblatt des hist. ver. zu St. Gallen 1873. 3 Jovis] nachdem Reuchlin in seiner defensio den Ortuin Gratius wegen seines ausdrucks jovis alma mater hart angegriffen und gesagt hatte, mit Jupiter könne man eher den teufel bezeichnen als Gott, hatte Hochstraten wohl recht (apologia secunda, vorrede bei Böcking Hutteni opera VI p. 432) mit beziehung auf unsere stelle zu sagen: ex his verbis Capnion ipse, et hoc secundum propriam suam expositionem, interpres erit diaboli.

werde mit philosophischer ruhe die schmähungen der feinde ertragen; sie aber werden durch ihre schandthat ihren namen für die zukunft bekannt machen. Viennæ Pannoniæ, nonis Aprilibus an. 1512.

Gedruckt: 1 = C. v. e. h 2b fg; 2 = J. v. e. k 4b fg.; 3 = C. v. e. II. fol. 62a fg.

CXLVII.

Wien. 6 April 1512.

Joannes Cuspinianus Choeroporeus [1] Joanni Reuchlin salutem.

Eruditionem tuam atque doctrinam, doctissime Capnion, tam in omni dudum Europa decantatam ita amplector atque exosculor, ut non possim non commisereri jam incipienti tuæ senectuti quæ frustra a sciolis tentatur, sed tu fac virum te exhibeas et μετεωρίαν καὶ ἀβλεψίαν τῶν μωρῶν facias nihili. Forte Climactericus [2] tuus cum nullum possit aut corporis aut fortunæ dispendium tibi afferre, famæ conatur jacturam adducere. Sed te quoque finge deum. Habes græcas, habes latinas consolationes multiformes, si te jam hebræorum piget, animum non dejicias. Sed tu forte mihi noctua Athenas dices quod facile quidem fero. Nam ita sum totus immersus Coss. Romanis quos a primis Junio et Bruto ad Theodorici usque tempora deduxi ex Cassiodoro (nam imperatores omneis et Romanos et Græcos et Germanos et Thurcos jam dudum adornatos mea lucubratione exaravi), ut sim noctua habetior. Tu vero [3] pro amore meo immo nostræ Germaniæ id operæ

*

1 Johannes Cuspinianus = Chœroporeus = Spießhammer geb. 1473 zu Schweinfurt, studierte in Wien unter Paulus Amalthäus, professor der dichtkunst, erhält 1493 den lorbeerkranz, wird doctor der medicin und übernimmt nach Celtis tode die professur der beredsamkeit, und die aufsicht über die kaiserliche bibliothek. Von Max und Ferdinand zu den wichtigsten staatsgeschäften gebraucht, anwalt der stadt Wien, voll eifrigsten strebens für die universität, findet er doch muße, durch ausgabe alter schriftsteller aus handschriften: Lucius Florus, Prudentius u. a., durch eigne historische werke: de Cæsaribus, de consulibus Romanorum, Austria u. a. litterarisch thätig zu sein. Er starb 19 April 1529. 2 S. u. s. 171 a. 1. 3 Tu vero] dieser bitte des

Cuspiniano præstes: audio in Rheno, sive sit Spiræ seu Wormaciæ, adhuc extare integrum Ammiani Marcellini opus qui sub Juliano vixit. Id diligenter inquiras, ut me certiorem reddas, pro quo vicissim a me quicquid possum exigas. Vale raptim et cursim. Ex Vienna Pannoniæ sexta Aprilis 1512.

Gedruckt: 1 = C. v. e. h ii^a. ^b; 2 = J. v. e. k 4^b; 3 = C. v. e. II fol. 61^b sq.

CXLVIII.

Stuttgart. (nach 6 April) 1512.

Joannes Reuchlin Cuspiniano suo salutem.

Cuspiniane, doctissimorum ornatissime, jam es enim tam brevi apud me optimi cujusque locum amici consequutus, ut mihi videas ex ordiendo nulla egere præfatione alia quam te ut hoc alloquar quo licuit Homerico Agamemoni prudentem illum Nestorem. Opto tui similes mihi consultos fore denos [1]. Nam recte tu qui me admones, stultorum elationem et invidentiam nihilo facere. Et in sententiam ego tuam istis eo meis pedibus et nullius consilium anteponam tuo. Cavendum maxime tamen fuit non modo injuriam injuria ne repellerem dignus ab indigno illatam. Verum etiam ne infamiæ suspicionem ullam admitterem quod utrumque curavi diligenter, tantummodo innocentiam tutatus meam. Quare omni humanitate præstans Cuspiniane, perbenigniter velim sic judices affectionem istam erga me tuam, quod τιμωρουμένως senectam sis meam commiseratus, ut veræ amicitiæ testimonium vehementer a me probari. Est id quidem hominis præcipuum bonum, ut abhorreat ab injuria quam ego bestias quandoque vidi odisse.

Fitque merito ut ejus benevolentiæ causa gratiam tibi habeam non intermorituram. Tametsi commiseratione non erat opus quæ miseris debetur, non autem beatis. Ego vero

*

Cuspinian konnte Reuchlin nicht entsprechen (s. d. folgenden brief); am 18 Okt. 1515 trägt Cuspinian dieselbe bitte dem Conrad Peutinger vor; s. den br. bei Freytag, Epistolæ doctorum virorum, Leipzig 1831 s. 5 bis 7.

1 Ilias II, v. 372.

me beatum existimavi, etiam oraculo veritatis, quod malum de me dixerunt mentientes. Nam multa generose ferendum est bono viro qui se mavult vixisse quam spirasse. Unde quod mihi malum scribis Climactericum esse minatum, id ego in partem fœlicitatis repono, nec illum famæ jacturam volo, sed gloriæ perpetuitatem præsagire. Quando enim incendiariorum contra me famosa machinatio cœpit scire licet.

Anno ætatis meæ quinquagesimo quinto tunc præsto aderat Climacterici [1] a natali meo qui fuit Christi 1455 in annum 1510 revolutio ejusmodi, cujus figuram, quia philosophum te perfectum et non trivialem agnosco, hic tibi ascripsi. Ubi conspicies Saturnum septem fortitudines, Martem octo habere, sed Jovem qui Zedek hebraice nominatur id est justus, minorem iis esse ac ternis solum viribus pollere. Audi nunc Hierophantas et præsagiorum vates Bonatus de revolutionibus: cum Saturnus, ait, in tertia domo fuerit inventus, significat rixas [2] et discordias venturas plus solito. Firmicus ita: Mars in quarto loco faciet eos sine gratia præstare quod dederint. Nam quicunque aliquid ab ipsis fuerit consequutus, ingratus illis semper existit. Deinde si Mars fuerit in Scorpione quicumque eum sic habuerint homines erunt qui omnibus facile inimicis suis dominentur, erunt quoque alti nominis optimæque famæ". Quod hic Cuspiniane cernis, cum ante cætera Mars gaudeat scorpione. De Jove autem Bonatus: „quod si in quinto habitet, fientes honestæ quæ merentur laudem". Et Firmicus quoque: „Jupiter in quinto magna fœlicitatum agmenta decernit". Habes ex adytis responsa quibus arbitror in nostra causa, cum videas figuram cœli, nihil esse verius. Adde post naturæ motus, etiam morum conditionem et virtutum quantuluscumque sim, jam enim familiariter tecum loquor, jungeque innocentiam meam, sic facile judicabis viro

*

1 Sonst wird je das siebente jahr als annus climactericus angenommen, hier ist es dasjenige, das in seiner summe der zahl des geburtsjahres gleich ist. Die zeichnung ist dem briefe nicht beigefügt. 2 Gemeint ist das werk Matheseos libri VIII das, von Julius Firmicus Maternus, unter Constantin dem großen, vielleicht nach dessen tode 336 verfasst, zuerst Venet. 1497 fol. erschien und später häufig aufgelegt wurde, mehr astrologische gegenstände, als die mathematischen Lehren behandelt.

bono nihil mali accidere posse, neque viventi neque defuncto.

Ita Socrates qui nec Aristophanis illusione, nec Anyti proditione, nec Meliti accusatione, nec judicum peremptione postremo nec invidorum omnium conflata calumnia absorptus, sed multo magis sua morte immortalis factus est sic ait: ἀποκτεῖναι μὲ δύνανται, βλάψαι δὲ οὐ δύνανται. Nam te græca quoque legere et intelligere sentio, ut ex tuis amœnissimis literis accepi. Vivit igitur in æternum Socrates et triumphat cum gloria, quando adversariorum suorum memoria vel extincta est funditus vel scintillat in cinere cum ignominia. Quare ut non sinerem te in tuis propter me in molestiis diutius torqueri istis meis (ut multi quanquam non recte putant) incommodis exposui tibi quid sentirem de invidorum iniquo in me studio et execrabili adversus famam meam consilio in perniciem veritatis inito, quo improbitatem suam posteris inciderunt Buxo perpetue memorandam. Non enim ea detractorum immanitas et tanti sceleris sui crudelitas me qui probabiliter vera scripsi et honesta consului, sed se ipsos tandem lædent qui male perverterunt. Ego vero beatus futurus sum quem persequuti sunt propter justiciam, sine qua nihil potest esse laudabile. Quid autem potius sanctius a me fieri quando statui ad fidem nostram Judæos non tyrannide ulla rapere, sed ut jura volunt, benigniore concordia ducere quæ quidem concordia, ut ait Cicero [1], esse non potest cum aliis adimuntur, aliis condonantur pecuniæ. Deinde æquitas tollitur omnis, si habere suum cuique non licet. Sed hæc Rhetorum declamationibus committam. Nunc de Ammiano Marcellino id tibi persuadeas velim, in omnibus me tui studiosum fore quæ interesse tua aut etiam te velle existimem ubi adsit facultas. Sed ad neminem autoris ejus volumina divertisse novi, nisi ad Vangiorum episcopum in præsenti tempore librorum hospitem certe supra quam dici queat tenacem [2]. At illic ponderis nihil habebit intercessio mea quamvis olim

*

1 Cicero] off. 2, 78. 2 Bischof von Worms war Reinhard II v. Rippur, erwählt 1503 29 Aug., resigniert 1523, Dalburg war 1503 28 Juli gestorben.

ejus bibliothecæ rector[1] fuerim. Scriptum est enim: „Surrexit interea rex novus super ægyptum qui ignorabat Joseph" [2]. Lazium meum vel etiam tuum, aut si mavelis utriusque nostrum, tibi unice commendo quem sua et virtus et probitas commendare non cessat, ego etsi taceam. Deinde tu me sodalitati tuæ [3] literariæ istic summa benevolentia coniungas opto et fœliciter valeas. Anno 1512.

Gedruckt: 1 = C. v. e. h 3b, h 4b; 2 = J. v. e. lb. l iiia; 3 = C. v. e. II fol 63b bis 65b.

CXLIX.

Wien. 31 Mai 1512.

Nicolaus Gerbellius Phorcensis an Reuchlin.

hat in Wien den Cuspinian besucht und richtet von ihm grüße aus, entschuldigt sein schweigen, das durch verbrennen seiner bücher veranlasst werde. Viennæ post ferias Pentecostes, anno 1512.

Gedruckt: 1 = C. v. e. h 2a; 2 = J. v. e. k 4a; 3 = C. v. e. II fol. 61ab.

CL.

Stuttgart. (Vor 1 Juni 1512.)[4]

Johannes Reuchlin an Conrad Peutinger.

Lange auseinandersetzung über die frage, ob der apostel Paulus verheirathet gewesen sei. Reuchlin bejaht dieselbe o. O. u. J.

Gedruckt: Veith: Historia vitæ atque meritorum Conradi Peutingeri, Augsb. 1785 p. 156 bis 159.

*

1 Rector bibliothecæ] während des Heidelberger aufenthalts 1496 bis 99. 2 Surrexit] 2 B. M. c. 1. v. 8. 3 Sodalitati] nämlich Danubianæ, die in Wien ihren sitz hatte und deren vorsitzender, seit Celtis 1508 erfolgten tode, Cuspinian war. 4 Dass der brief vor dieses datum gehört, lehrt ein brief Michael Hummelbergers an Peutinger, 1 Juni 1512 (Veith 153 fg.), in welchem auf unsern rücksicht genommen wird mit den worten: legi illam (epistolam) atque iterum legi; nam præter elegantiam eruditionem etiam habet penitiorem. Für eine bestimmte datierung bietet der brief keine anhaltspunkte.

CLI.

Stuttgart. 1 Aug. 1512.

Joannes Reuchlin Phorcensis an Jacob Lemp [1].

Er habe die philosophischen studien von jugend an geliebt und sei denselben treu geblieben, trotzdem er gelernt habe, wie heftig die Römer oft gegen redner und philosophen aufgetreten seien: Talia enim studia tam splendida et tam utilia putabam optime ad virilem togam deposita prætexta pertinere. Qua me re conjeci in servilem conditionem, et repulsa vivendi libertate immiscui me infinitis hominum et jurgiorum quæstionibus atque demum reipublicæ curis et sollicitudinibus, quæ non tantum lassato somnos adimunt, sed etiam vigilanti et recte agenti robur mentis debilitant et corporis nervos ubi nulla quies, nulla tranquillitas. Unter diesen ersten studien sei aber das vorzüglichste das der heiligen schrift. Zu ihrem wahrhaften verständniss habe er eine gründliche beschäftigung mit der griechischen und hebräischen sprache für nothwendig erachtet. Durum autem post eas disciplinas et agreste nimis judicabam, amicis negare hnmanitatis officia, sæpe multumque et coram et per epistolas nunciosque a me petentibus, ut eis moleste admodum et, ut ajunt, intolerabiliter ignorantibus aliis quidem græca divulgarem, aliis autem hebraica. Quare pio amore ductus, cum antea docuissem multos in græcis literis, et per grammaticam artem, cui titulum inscripsi Micropædia, dolavissem quicquid potui, novissime ad decorem et splendorem sacratissimæ theologiæ et theologicorum virorum utilitatem, ipse ego totam linguam hebraicam primus omnium in literis, in dictionibus et regulis collective, legibus mancipavi latinis. Cujus exercitii discipulos non nullos nulla tamen mercede, sed gratuito feci participes, partim gratos qui præceptori suo debitum honorem perquam reverenter exhibent, partim vero, ut acerbe audio,

*

1 Jakob Lemp, geb. in Steinheim, wird professor der philosophischen facultät in Tübingen 1494, der theologischen 1495, als stütze der päpstlichen macht und muster eines Skotisten berühmt, von den humanisten stark bekämpft, eifriger gegner Luthers und der reformation, unterschreibt auf der badener disputation 1526 die sätze seines schülers Joh. Eck, st. 2 April 1532. Vgl. Wiedemann: Joh. Eck, Regensburg 1865 s. 12.

supreme ingratos, quibus deum judicem propono, et nisi resipuerint vindicem opto. Das sei aber das gemeinsame loos aller lehrer. Utque omnibus promptum esset omnium meorum abundare copia et facilitate, feci rudimenta hebraicæ linguæ, quæ multo sudore et algu, prece, premio et precio per longa tempora corraseram, haud sine incredibili diligentia et ære non parvo publicitus imprimi. Qui liber rudimentorum meorum, cum fere integrum hebraicæ intelligendi artificium contineat, non potest decerpente tanto usui esse, nisi et adhibeantur aliqua volumina bibliæ, qua quidem ipsa tota lingua constat. Sperabamus autem indubitata fide multas ad nos ex Italia biblias hebraicas Soncini Pisaurive aut aliis in locis impressas cum cæteris Judæorum libris quotidie venturas, quæ cum obsistente grandi bello quod Augustus Imperator Maxæmilianus jam diu in Italia fœliciter gerit, emporio nostro non afferuntur; tentanda nihilominus via est, ne nos ipsi deesse nobis videamur, in quo fateor tarditatem meam discendi cupidis onerosam. Dudum enim aliquid præterea hebraicæ doctrinæ studiosis quo se juvarent edidissem certe, si non in dies audivissem brevi futurum esse quippiam [1] admiratione et omnium lectione dignum, quod nescio qui Peperphrones cum suo Pepericorno Judæo illo baptizato calumniatore meo, ex profundissimis scientiarum suarum thesauris proferre, tornare et ad incudem reddere pollicerentur, quo nobis mentes parturire suspicandum fuit. Ego vero jam quintum annum supra cum Isaia [2] expectavi, ut facerent uvas, et fecerunt labruscas, et labruscis acerbiores, scilicet libros diffamatorios atque aliud nihil quod vir bonus laudare quidem posset, si quam maxime vellet. Daher habe er sich nun entschlossen, eine ausgabe der sieben busspsalmen mit genauen wort- und sacherklärungen zu veröffentlichen. Stutgardiæ, kal. Sextilibus anno 1512.

Gedruckt: Septem psalmi pœnitentiales 1512 [vgl. Reuchlin s. 133, a. 4 ff.].

*

1 Quippiam] Ich vermuthe, dass darunter der plan Pfefferkorns verstanden ist, die evangelien ins Hebräische zu übersetzen, den dieser schon in seinen ersten schriften 1507, 1508 ausgesprochen hatte, ohne ihn doch, wie es scheint erfüllt zu haben vgl. meine bemerkung im Serapeum, herausg. von R. Naumann, Leipzig 1868, s. 193 bis 197. 2 Jes. 5, 2.

CLII.

Stuttgart. 31 August 1512.

Demm fürsichtigen ersamen und wyssen, minem lieben herrn unnd gutten fründt maister Johannsen Ammerbach, burger unnd buchtrucker zu Basel [Jo. Reuchlin].

Min frünnttlich willig dienst sy üch alltzyt zuvoran berait, lieber maister Hanns, herre unnd frünndt. Üwer schryben[1] geben zu Basel 2. augusti hon ich empfanngen, unnd wes ir üch des Jeronymus, darzu ouch miner bücher[2] halb beclagen, wol vernommen. Wöllt gernn, es gienng üch nach allem üwerm willen unnd wolgefallen, unnd wo das nit geschicht, ist mir getrüwlich laid; besonnder so ist der manngel inn baiden sachen nit an mir. Ich hab alles geton, das ich hab künden, mögen oder sollen thun. Ich schick üch hie tertiam partem epistolarum, hon die inn griechesch unnd hebraysch besenhen[3]; das latynisch hon ich hie nit angeregt, wie ouch inn gantzem Jeronymo. Ir habts an mich nit begert, so finndt man dero susst gnug. Darzu schick ich üch des glychen inn commentariis psalmorum.

Aber vonn des Jeremias wegen hab ich üch vormals mer dann ainest[4] die warhait geschriben, das ich by glouben kainen alten Jeremiam inn dehainem closter finnden kan. Unnd hab doch darumb vil rytens vollenbracht, darumb unnderstand ich inen on ain exemplar nit zu corrigiren. Üch ist doch daran kain not gelegen, dann maister Bruno[5] unnd ir künnden imm hebrayschen die mengel wol senhen; so kan herr Johanns Cuno prediger ordens uss sines closters büchern das græcum wol finnden, das mir alhie gebricht, darumb es myn darzu nit bedarff. Itemm vonn den interpretationes hebraicorum nominum, des würdt sich nyeman unnderston, dann es ist ungerecht; es ist ouch vonn Sannct Jeronymus nit gemacht aigentlich, sonnder wie es die griechesch kirch vor gehabt hat, also hat er es uss demm griecheschen ge-

*

1 Schryben] ist nicht erhalten. 2 Bücher] die rudim. hebr. 3 Wegen »besenhen« für „besehen“ s. Weinhold, alemann. grammatik §. 201. s. 170. 4 mer] 20 Nov. 1510. 6 April 1511 oben nro. CXXIII und CXXV. 5 Sohn des Joh. Amerbach.

tolmetst; darumb finndt man gar vil darinn, das nit recht ist, dann er hat inn der usslegung nit im selbs gevolgt, sonnder der gemainen irrung, alls er sich luter lasst mercken inn epistolis ad Fabiolam de 42 mansionibus, mansione nona. Das mag man wol inn äinem prologo glimmpflich anzoügen, das es nit syn sy.

Itemm vonn den zwaien introductoria, unum in literas hebræas, alterum in literas græcas, alls ir schryben, die not sin werden denen, so sannct Jeronymum kouffen unnd lessen wellen, lass ich üch wissen, das ich üch zu nutz unnd guttem nit gefyert, sonnder ich hon verschafft, das maister Thoman [1] introductorium Aldi græce et hebraice ertig [2], unnd wol gedruckt hat! Ich hon ouch darzu septem psalmos pœnitenciales mit miner usslegung vonn wort zu wort unnd darüber ain examen uff die rudimenta dienend gemacht, unnd denselben maister Thoman lassen trucken [3], umb deswillen, das üwer Jeronymus unnd üwere rudimenta, so ir umb mich gekoufft haben, desster werder unnd bass hingon mögen; dann was hat man bisher mit ainem vocabularius unnd grammatick mögen schaffen, so nyeman kain jüdisch buch hat künnden überkommen, darinn er des vocabularius nottürfftig sy.

Alls ir aber üch derselben bücher halb rudimentorum seer beclagen mangels unnd gebrechens, darumb ir mir dann min geluhen gellt innhallten, des hät mir vormals auch maister Hanns fröben üwerthalb bericht zugeschrieben; mit demmselben sollt inn nechst verganngener mess uss minem bevelch gehanndelt sin worden, so ist er dann zumal nit genn Franckfort kommen. Aber, lieber maister Hanns, herr unnd frünndt, hat sich ainicher mangel oder gebrech inn söllichen büchern eroügt oder erzoügt, das ist min schuld nit. Dann alls ir mit mir kouffsains worden sind, lut unnsers schrifftlichen abschids zu Basel geschenhen unnd mit üwer

*

1 Thomas Anshelm, buchdrucker in Pforzheim, dann in Tübingen, endlich Hagenau. 2 Introductorium perbrevis ad gramm. hebr. von dem Panzer (VIII, 342, 39) nur die ausgabe: Venetiis 1501 verzeichnet. 3 Vgl. oben nro. CLI.

hanndt geschriben, hapt ir mir bevolhen, nachdemm ich mit maister Thoman abteilen würd, 600 bücher inn miner schwester huss zu Pfortzheim zu legen, das ir sie daselbst möchten finnden; das hab ich gethon mit gutter kundtschafft erber lüt, die darby sind gewessen, unnd hab ain gerüst inn miner schwester cammer durch ainen zimmerman gemacht mit sparren unnd latten nach rat dero, die sich der dinng verstannden. Alda hat mir maister Thoman 600 bücher dargezelt unnd dahin gelegt, üwer ze gewarten. Er hat sie auch (alls die sinen sagen) zuvor by 4 wochen alle collacioniert, durch annander, nach dem besten. Da hetten ir sie billich mit ainem aigen knecht lassen holen, der sich bass umb die gattung unnd handtierung verstannden hett, dann min schwester, die dannocht uss frünttlicher mainung unnd guttem willem flysslich darzu gelugt hat. Da sind sie aber lang zyt beliben ligen, periculo emptoris, biss alls lanng mir vonn üwert wegen durch den jüngern maister Hannsen [1] geschriben ward, nemlich also, das ir mich liessen frünntlich bitten, ich wöllt verschaffen mit Thoman von Pfortzheim, das üwere bücher by miner schwester ligende yngeschlagen würden und geschickt uff Strassburg, so schier es sin künndt, ann ainen buchtrucker herrn, haisst Johannes Knobloch, unnd das ich liess ussrichten die fur von Pfortzheim biss genn Strassburg, wöllt er wider geben, unnd was fass unnd ynzeschlagen die bücher cost, auch ussrichten. Er hab ouch selber mit Thoman geredt, der werd im grosse vass lassen machen etc. Also stat in demmselben brieff geschriben.

Ich hab üch die guttwillig frünndtschafft bewissen unnd miner schwester geschriben, ouch mit maister Thoman verschafft, lut der obgemellten üwer bitt, an mich gelangt, und hab alles das bezalt, das daruff gangen ist, wie ich üch vormals [2] geschriben hab. Da haben ettliche bücher, nit wais ich wie vil, nit inn die vass mögen, die dann noch wie vor by miner schwester ligen. Daruff hab ich jetzt bevolhen miner schwester inn minem sendbrieff, das sie dieselben überbeliben bücher genn Franckfort verdinng zu füren, damit sie

*

1 Hans Froben s. o. 4 Nov. 1511. 2 S. o. 4 Nov. 1511.

üwern dienern werden, unnd hab also in üwer sach uss bitt gehanndelt, alls were es min aige sach gewessen. Ich hab ouch jetzt maister Thoman gebetten üwerthalb zu hanndlen, der sagt, er wölle üch mit flyss gernn thun, was üch lieb sy, unnd sine bücher noch ainmal durchsenhen, unnd was er übriger bletter erfinnd, wöll er üch geben; des sollen ir im ouch glycher mass widerumb thun. Und des ist gut zu geschenhen, dann ain yegklichs blatt hat sin aigen zyfferzal, würdt lychtlich verzaichnet, darzu würd ich glouplich durch die üwern bericht, das kain ander mangel oder defect da sy gewesen, dann allain alls man die bücher hab yngeschlagen, da syen ettlich ysen negel inn die fass geschlagen zu befftung der raiff, die syend durch das fass ganngen. Das mag alls wol zu Strassburg geschenhen sin, alls zu Pfortzheim, unnd alls man die bücher hab wöllen herussnemmen, da hab man die bletter ains tails ann den negel zerzert unnd zerrissen. Ist abermals min Schuld nit, das mögen ir wol ermessen. Ich setz aber unnd gib es doch nit nach, dann es ist nit, das es min schuld were, unnd ir hetten mangel ann 18 büchern unnd weren 32 bücher defectuoss unnd brechenhafftig, alls maister Hanns fröben schrybt, so brecht es doch dann noch nit 17 gl. abschlags.

So hond ir mir aber durch Cunraden Leontorium [1], demm ir üwer büchlin bevolhen haben mir zu brinngen, zugesagt, der mir darumb mit aigner hanndt geschryben hat, ich soll üch dieselben locos unnd ort in s. Hieronymo græce et hebraice corrigieren, so wöllen ir mir geben 20 gl. Nun hab ich üch wol den dritten tail mer corrigiert, allain hindan gesetzt Jeremiam, dann inn üwerm büchlin stat weder novum testamentum nach epistolare Jeronymi.

Item, so hond ir mich beschaiden zu kommen genn Basel, die selbig raisse für war cost mich für mich, ouch den knecht unnd die pferd bars gellts mer dann 10 güllden, so han ich üch yetz unnd dar geluhen 5 gl. unnd ettlich schilling; so hond ir mir zu Basel zugesagt ain hispaniolsche deckin über ain bett, ouch ettlich bücher zu schencken alls Augustinos,

*

1 S. o. 20 Juni 1509.

Ambrosios etc. Ich geschwyg des zimmermans unnd der treger, die gehollfen haben, die bücher hin unnd herzetragen unnd ynzemachen, essen unnd trincken unnd des mer, das ich uff üwern bevelch inn die clöster geritten bin, Bebenhussen, Mulbronn, Hirsow, Denckendorff unnd Lorch. An demm allem were ich wol zu pfenden gewesen on das geluhen gellt. Ich wöllt für war nit nemmen 30 gullden, das ich noch soviel arbaitt müsst an annander haben, alls ich allain die 14 tag by üch gehapt hab, wie wol ainer by üch, genannt maister Adam [1], gar spöttlich zu Franckfort dar von geredt soll haben: „Es sy nichtz, das ich gemacht hab, sonnder es sy ainer yetzund by üch, demm ich nit gutt were die schuch uffzerinnckeln". Das lass ich sin, ich hon minen flyss gethon, tü ain ander den sinen ouch.

Alls ir aber schryben, ir wöllten gernn den dritten tail ann den gekoufften büchern verlieren, da sind vil lüt, die es nit glouben. Maister Thoman wöllt uff disen tag nit, das er die sinen alle verkoufft hett, wie ich üch die mine geben hab, dann ich hon mercklichs daran verloren, allain darumb, das ich sin nit erwarten mocht; so mögen ir sin gar wol erwarten, bis es vil gellts gellten würdt. Des ich kainen zwyfel hab, es werd bald geschenhen. Dann soll ich leben, so muss die hebraysch sprach herfür mit gots hillff; stirb ich dann, so han ich doch ainen anfang gemacht, der nit lychtlich würdt zergon. Ich will umb gemains nutz willen gernn unnd williglich schaden lyden, lieber maister Hanns, herr und gutt fründt. Ich will weder umb gellts willen noch umb gelltswert üwer fründtschafft verlieren; hon ich ainen dannck umb üch verdient, so lassent mirs gedyhen; hon ich aber kainen dannck umb üch verdient, so danck mir gott, der wölle üch, üwer husfrowen unnd üwere kinnd alltzyt vor übel bewaren, datum zinstags nach Augustini a. 1512.

Doctor Johanns Reuchlin.

Aus: Basler universitätsbibl. handschr. G II 13ª nro. 68. autograph.

*

1 Ohne zweifel Adam Petri, der neffe des Johann Petri.

CLIII.

Tübingen. (Sept. 1512.)

Joannes Hiltebrandus Svecingensis [1] an Reuchlin

schickt ihm A. v. Tungerns Articuli [2] sive propositiones, die Anshelm von der Frankfurter messe mitgebracht hat und ermuntert ihn, den angriff gleichmüthig zu ertragen. Vale, Tubingæ anno 1512.

Gedruckt: J. v. e. s^ab^.

CLIV.

Stuttgart. 1 Oct. 1512.

Joannes Reuchlin Phorcensis an Hiltebrand.

Er sei zuerst über das buch erschrocken, habe dann aber eingesehen, wie grosse thoren die seien, welche von der menge für weise gehalten würden; gibt die stellen seines augenspiegels an, aus welchen die Kölner ihre 44 propositiones gezogen haben, zugleich den ort, wo er ihre vorwürfe widerlegt zu haben glaubt. I Dieb. Octobr., an. 1512.

Gedruckt: J. v. e. s^b^ fg.

*

1 Joannes Hildebrandus Suecingensis anno superiore fato defunctus homo verus, integer vitæ scelerisque purus, judicio in literis acri, paideian sectatus est adhibitis jurisconsultorum præceptis, græcas hebræasque literas sacrorum caussa miro ardore coluit, quod illis ipsis omnia pietatis monumenta constare diceret. Nam eo contulerat, si per fata licuisset, omnes animi conatus, ut sancte synceriterque studia olim sacra tractaret, id quod moribus ac ingenio præ se ferebat, laudem ex studiis multam sine invidia vir bonus consecutus est, in emendandis bonorum autorum libris apud Thomam Anshelmum chalcographum diligentia fuit absoluta, usque adeo amans rei publicæ literariæ curavit optimum quemque librum in manus hominum emitti quam castigatissimum. Extant eius epistolæ προλεγομέναι in quosdam autores et versiculi eruditi quidem et probi. Mortem viri quasi comunem studiorum calamitatem juventus Suevica flevit carmine. Distichon græcum ea de re, quando hoc in promptu est, subiiciam. Ἰλβραντος εὐδαίμων τοῦ γὰρ βίος ἴχνια θείης Ἔστ' ἀρετῆς, θάνατος μνήματα δ' ἐστὶ κλέους. Auctarium Chronographiæ F. Nicolai Baselii Monachi Hirsaugiensis ab anno salutis MDI in annum MDXIIII deductum in Joannis Naucleri Chronicon ed. Tubingæ 1516. fol. 316^b^. 2 Vgl. Reuchlin s. 266 fg.

CLV.

Cöln. 7 Oct. 1512.

Maximilian I an die kurfürsten, besonders an den rath der stadt Frankfurt[1]

befehl, Reuchlins augenspiegel überall, wo man ihn anträfe, bei vermeidung strenger bestrafung zu confisciren. Geben in Collen, am sybenden tag des monats octobris, funffzehn hundert und ym zwolfften.

Gedruckt: deutsch 1 = Pfefferkorns Brandspiegell b 2 fg; 2 = Beschyrmung h 2b fg.; lat. = Pepericorni defensio, p. 127 fg.

CLVI.

Stuttgart. (Nov. 1512.)

Joannes Reuchlin Phorcensis, ll. doctor an Johann Stocarus[2].

In der fastnachtszeit habe er eine schrift des Hippokrates

*

1 Die aufnahme dieser, zwar nicht an Reuchlin gerichteten urkunde, erschien des zusammenhangs wegen unerlässlich. Dagegen sind z. b. die von nun an beginnenden zahlreichen stücke des mutianischen briefwechsels, welche Reuchlin betreffen, in meinem: Reuchlin besprochen und bei Böcking, suppl. vol. II notirt sind, nicht eingereiht, nur manchmal in anmerkungen erwähnt. So mag gleich des ersten (Mutian an Petrejus Aperbach natali Severini, 23 Oct. 1512 bei Camerarius: libellus novus 1568 J 7b fg.) gedacht sein, in welchem M. seiner begeisterung für R., seiner bewunderung für dessen bibliothek lebhaften ausdruck gibt. Vgl. den spott auf Tungern (M. an Urban 26 Oct. 1512 bei Tentzel, suppl. hist. Goth. I, s. 137 fg.). 2 Johannes Stocker, geb. in Ulm, stud. in Ingolstadt, Bologna, Tübingen, kommt 1483 als arzt nach Ulm, 1503 als leibarzt des herzog von Baiern nach Ingolstadt (dass er „auswendig auf reichstagen herzog Friedrich von Sachsen“ leibarzt gewesen, sagt Spalatin in dessen leben und zeitgesch. hgg. von Neudecker und Preller Jena 1851 s. 37.), st. 25 Mai 1513. Schon 12 kal. Jan. 1505 hatte Nikolaus Ellenbog über ein gerücht von seinem plötzlichen tode an seinen bruder Johannes geschrieben (mscr. buch I fol. 6); das gerücht bestätigte sich aber nicht (das. fol. 7, 4 id. Febr.). Ellenbog, der selbst medicin studiert hatte, sagt, neben andern lobeserhebungen, über Stokarus folgendes: inter nostræ ætatis medicos facile omnium princeps archiaterque dici meretur. Hic tanta harmonia et consonantia mortalium humores et qualitates temperat, ut morti ferme jam ob disgratiam proximos, suo modulamine et temperamento vitæ restituat. St. hinterliess eine anzahl medicinischer schriften,

vorgenommen, habe sie übersetzt und ihm zugeeignet. Von welchem Hippokrates die schrift herrühre, wisse er nicht. Er versucht zu zeigen, dass die medicin von den juden stamme und von ihnen allen völkern mitgetheilt sei.

Nec id tibi stomachum moveat, quasi nostri seculi Judæos vel formidine pœnæ ob anteactam scelerate vitam, vel propter quæstum ampliorem aut explendam libidinem aqua baptizatos, tinctos aut mersos tanto et tali digner honore, ut sint in numero clarissimorum medicorum recensendi. Non enim illis vagabundis nomen artis tam honorabile impertiar quorum perfidia frequenter ad vomitum redit. Possent tamen fateor inveniri ex ejuscemodi Judæis baptizatis malæ bestiæ, qui se ipsos rejecta omni verecundia partim vestrates in parabalonorum id est manus applicantium consortia ingerere, partim nostrates ausu temerario sese theologos hebraistas fallaciloquenter fingere non cessant, cum sint ipsi penitus indocti et nullius bonæ artis initiati ..... Quales uterque nostrum jam pridem sortiti sumus mastigas Judæum baptizatum quisque suum, tu illum qui te contempserit in medicandi facultate [1], quem Ulma tua celebris civitate exegit; ac ego eum qui mihi restiterit in utroque jure calumniatorem mendacissimum et perfidia scatentem ...

Widmungsbrief der schrift: Hippocrates de præparatione hominis (Reuchlin S. 96 A 2) A^b. bis A 4^a.

CLVII.

Nürnberg. 1 Dec. 1512.

Bilibaldus Pyrkaimer [2] Joanni Reuchlin salutem.

Scripsi, vir clarissime, æstate elapsa [3] cum hinc Treverim abiturus essem, simulque tibi ostendi Demosthenis orationes una cum commentariis ex Venetiis allatas esse [4]. Inde cum

*

die nach seinem tode herausgegeben wurden: vgl. Weyermann: nachrichten von künstlern und gelehrten in Ulm 1798 I s. 487 fg. Wann Stocker die bekanntschaft Reuchlins gemacht hat, darüber fehlen die nachrichten, Weyermann ist vorliegender brief unbekannt geblieben.

1 Über dieses ereigniss aus dem leben des Stokarus ist mir nichts bekannt. 2 Pyrkaimar 2. Pirckheimer Johanni Reuchlino 4. 3 Der brief, auf den hier Pirckh. sich bezieht, ist nicht erhalten. 4 Simul ostendi

reversus essem a meis, intellexi, libros illos ad te fuisse transmissos, utrum vero illos receperis nec ne haud dum compertum habeo. Bene itaque feceris, si hac de re me certiorem reddas. Scripsissem confestim post reditum meum, sed vix limini pedem intuleram, cum iterum abire coactus fui nuncque demum post multos reversus sum labores. Sed quæ scribenda erant brevibus accipe. Prohibuere olim Ephesii nomen scelerati illius hominis qui Dianæ templum succenderat literarum monumentis inseri, scilicet ne ex facinore illo nefasto perpetuam memoriam assequutus [1] esse videretur. Tu vero hominem tibi inimicissimum et qui aliter doctis præcipue ignotus fuisset libris tuis celebras. Vidi enim nuper libellos [2] tuos a te emissos, in quibus semijudæi illius mentionem facis, hominis cujus memoria de terra viventium delenda esset. Sed scio respondes, te non laudibus sed meritis conviciis illum prosequutum [3] esse et recte quidem. At non vides? id quod antea dixeram, illum hoc pacto famam seu magis infamiam assequutum [4] esse et quod propriis virtutibus sibi denegatum viderat, id inimici opera quæsivisse, scilicet ut doctorum volaret per ora virorum. Nollem itaque dehinc opuscula tua tali piaculo fœdares, præcipue cum nil ad monstrum illud attinerent. Hæc ut amicus qui te ob virtutes tuas innumeras suspicit [5] et vehementer amat scribo. Tu vero quid faciendum sit, mature consyderabis. Reperi Treveri antiquitates varias tam græcas quam latinas. Ex quibus græca ista mitto, missurus et latina, si tibi id placere intellexero, tuum itaque erit rescribere. Vale et quæcunque præstare potero a me fidenter exige. Ex Nuremberga kalen. decembris. Anno 1512 [6].

*

4. Demosthenes] findet sich nicht unter den ausgaben der werke, die Aldus verlegt hat (s. das verzeichniss bei Schück: Aldus Manutius Berlin 1862 s. 20 bis 52).

1 Assecutus 4. 2 Libellos] augenspiegel und »Ain clare verstentnus.« 3 Persecutum 4. 4 Assecutum 4. 5 Suspicit ausgelassen 4. 6 Norimberga 4. Es scheint, dass Pirckheimer mit der veröffentlichung dieses briefes nicht sonderlich zufrieden war. Wenn auch keine eigene äusserung von ihm darüber bekannt ist, so geht es wol aus Behaims worten an P. hervor. Dialogus ille [unbekannt welcher] mihi satis placuit: nam dedit mihi Huttenus ad legendum, sed quod ad Reuchlin mittas, nescio si probem:

Gedruckt: 1 = C. v. e. h^{ab}; 2 = J. v. e. k iii^{b}; 3 = C. v. e. II fol. 60^{ab}; 4 = Pirckheimeri opera ed. Goldast. Francofurti 1601 p. 213 und noch einmal 266 sq.

CLVIII.

Augsburg. 12 Dec. 1512. *

Conradus Peutinger an Reuchlin

dankt für die übersendung der Reuchlinschen übersetzung der schriften des R. Josef Ezobi und des Hippokrates [1], hat die Moria des Erasmus gelesen und gibt sein urtheil darüber ab, und frägt an, ob das 5. Mos. 14, 5. Pygargus und das bei Plinius: Pygardus genannte thier identisch seien. Hat Simlers griechische grammatik und Reuchlins busspsalmen durch Anshelm erhalten und dankt dafür. Ex Augusta Vindelicorum prid. Id. decembres. a. 1512.

Gedruckt: 1 = C v. e. e 2^{a} fg.; 2 = J. v. e. e 4 fg; 3 = C. v. e. II fol. 30^{a} fg.

CLIX.

Stuttgart. (nach 12 Dec. 1512.)

Joannes Reuchlin an Conrad Peutinger

bejaht, mit beziehung auf Rudim. hebr. p. 124 und 231 die von P. aufgeworfene Frage. Vale.

Gedruckt: 1 = C. v. e. e 3^{ab}; 2 = J. v. e. fl.; 3 = C. v. e. II fol. 32^{ab}.

CLIX[a].

[Stuttgart.] (Ende 1512?)

Joannes Reuchlin an den jüdischen päpstlichen Leibarzt Bonet de Lates [2].

Der kaiser sei vor zwei jahren nach Köln gekommen und sei von den dortigen theologen, namentlich einem durch die schwester des kaisers unterstützten getauften juden, auf die grosse gefahr, die in den thalmudischen büchern liege, aufmerksam gemacht worden. Von dem kaiser zur abgabe

* scis enim qualiter egerit tecum epistolas tuas faciendo imprimi, alioquin bonus vir habetur. (Sept. 1517.) Böcking, Hutteni opera I, 154.

1 S. oben nro. CXL und CLVI. 2 Vgl. Friedländer, beiträge s. 64 fg.

eines gutachtens aufgefordert, habe er ein solches geschrieben und sei nun dadurch von den Kölnern in eine streitsache verwickelt worden; er beschwöre daher den einflussreichen arzt, beim papste dahin zu wirken, dass nicht diesen ihm feindlichen männern gestattet werde, allein eine streitsache wider ihn zu entscheiden. O. d. (hebräisch und lateinisch).

Handschr. = Berl. mscr. fol. 41 ff.; gedr. = Friedländer, beiträge s. 90 bis 98.

CLX.

Weil. 22 Mai 1513.

Sebastianus Sperancius præpositus Brixinensis [1] Cæsareus et Gurcensis secretarius Joanni Reuchlin LL. doctori salutem.

Clarissime Doctor. Reverend. dominus meus Gurcensis [2], quom jam pridem ab Augusta thermas petiturus discederem mihi commisit, ut nomine dominationis suæ reverendissimæ coram explicarem tibi ea quæ aliis literis duxerat significanda, videlicet se intellexisse binas literas tuas quibus patrocinium suum imploras. Quod quidem patrocinium cum omni favore et diligentia tanto studio iis rebus tuis præstare velit, quantum tu ipse posses desyderare, et hoc indubie tibi de se polliceri te debere, quod speret omnino dominatio sua reverendissima tantum apud majestatem imperialem se effecturam, ut hujusmodi negocium ex sententia tua brevi conficiatur, atque majestas Cæsarea autoritate sua omnes illas dissensiones extinguat et tollat. Præterea injunxit etiam mihi

*

1 Sebastianus Sprenzer (Sperantius), geb. in Dinkelsbühl, stud. in Ingolstadt, wird beider rechte doctor, erhält 1491 in Augsburg die erste tonsur, wird 17 März 1513 domprobst in Brixen, 1516 bis 1518 pfarrer in Königsdorf und nachfolger des am 29 März 1520 gest. bischofs Christoph von Schrofenstein. Seine verwaltung des bisthums Brixen ist eine durch unruhen mannigfach gestörte, im bauernkrieg muß er flüchten und stirbt 3 Oct. 1525. Vgl. F. A. Sinnacher: beitr. z. gesch. d. bischöfl. kirchen Säben und Brixen in Tyrol, b. 7, Brixen 1830, s. 179 bis 232. Das amt eines secretärs des kaisers und des erzbischofs v. Gurk hat er wol beim antritt seines bisthums aufgegeben. 2 Matthäus Lang. Vgl. über diesen brief: Reuchlin s. 268.

D. Hieronymus Baldung [1] omnem operam suam nomine suo tibi in hac re polliceri et quod omnino brevi eas literas a D. cancellario extorquebit quas forte jandudum extorsisset, nisi gravis ægritudo illa quæ multis diebus cancellarium oppressit, obstetisset; deditque mihi his inclusum memoriale [2] humanitati tuæ consignandum. Quapropter esto boni animi et omnes curas depone supervacaneas. Eos enim præstantia tua nunc habet in curia nostra patronos et defensores, quorum bona opera non dubito dominationem tuam omnia ex voto brevi habituram. Ego quoque de persona mea, qui alias dignitati tuæ operam meam quantalacunque sit lubens obtuli, non prætermitto unquam, quantum potero præstare officium boni amici, adeo ut saltem præstantiæ tuæ summa mea erga se affectio aliquando re ipsa innotescat. Reliqua lator præsentium referet. Vale, ex Vila. 22 Maii 1513.

Gedruckt: 1 = C. v. e. i^{b}; 2 = J. v. e. l iii^{b} sq. 3 = C. v. e. II fol. 66^{b} sq.

*

libellum coactus pene ediderit, tamen in his neque nomen tuum posuit, neque offendere te animus fuit. Nam et duobus illis annis et hodie multa ob decus et gloriam tuam apud hostes quoque claram patitur. Quæ mihi argumentum magnum præbent constantis amiciciæ. Immo vero miratur ille plurimum tuam modestiam, quod in apologetico tuo libello tam benigniter eum et Gaudensem increpasti, qui majore digni redargutione fuerint. Cum autem Jacobus ille Hochstrat sit ejus, in quo Gaudensis est, cœnobii Prædicatorum prior, sic nanque loquuntur, forte obedientia Gaudensis factum, non etiam carminum tenorem excusabit, quod ipse mihi suspirans professus est. Agrippinæ 1514, 4 Non. Jan.

Gedruckt: 1 = J. v. e. x 3 bis x 4[a].

CLXXIX.

(Wittemberg.) Anfang 1514 [1].

Georgius Spalatinus an Reuchlin

dankt in seinem und des kurfürsten von Sachsen namen für erhaltene briefe und fordert R. auf, weitere beiträge zur geschichte der Sachsen zu sammeln. Vale.

Gedruckt: 1 = C. v. e. i[ab]; 2 = J. v. e. l 3 ; 3 = C. v. e. II fol. 66[ab].

*

1 Der brief muss nach 31 Aug. 1513 sein, s. o. nro. CLXX, und einige zeit vor März 1514, zu welcher zeit die C. v. e. erschienen. Übrigens setzt er noch einen früheren brief R.s an Sp. voraus, da letzterer sagt, er habe jam anno et amplius auf seinen brief nicht antworten können. Mit einem worte sei hier auch des briefes des Joh. Hildebrand studiosis omnibus, und des Philipp Melanchthon lectori gedacht, der am anfange der sammlung C. v. e. steht und in den beiden abdrücken derselben (der letztere auch im corpus reformatorum ed. Bretschneider vol. I, nro. 1, col. 5, 6) wiederholt sind. In dieselbe zeit gehören auch undatierte briefe des Mutian an Urban (Tentzel I, p. 107, 139 bis 143, 143 vgl. Reuchlin s. 349 ff.) an Gregor Agrikola sive Lengfeld 5 Apr. 1514 (Mut.sches briefmscr. nro. 291 fol. 185[b] fg.); ferner 2 briefe Spalatins an Lange März 1514 (Cod. Goth. 399. fol. 271 fg.), in denen er das urtheil Martin Luthers über die R.sche angelegenheit wünscht, und ein brief Luthers an Spalatin, in welchem er diesem wunsche nachkommt (de Wette, Luthers briefe I, s. 7 bis 9). Ein zweiter, noch stärkerer brief Luthers an Spalatin 15 Aug. 1514 bei de Wette I, s. 13 fg.

CLXXX.

(Fulda?) 26 Jan. (1514.)

Crotus Rubianus [1] an Reuchlin

ermuthigt ihn in seinem kampfe gegen die Kölner, bietet ihm die unterstützung der ganzen Mutianschen schaar an, deren einzelne mitglieder: Eoban Hesse, Hutten er namhaft macht und characterisirt, und versichert ihn auch der beistimmung des bischofs von Fulda, Hartmann von Kirchberg. Erzählt, dass er vor zwei jahren mit Pfefferkorn vielfach zusammengewesen sei und von ihm Reuchlins briefwechsel mit den Kölnern erhalten habe. 7 Cal. Febr.

Gedruckt: 1 = J. v. e. z^a. z 2^b; 2 = Böcking, Hutteni opera vol. I, pag. 28 bis 30.

CLXXXI.

Speier. 29 März 1514.

[Sententia diffinitiva Spirensis.]

Diese urtheil [2] ist wyder der prediger zu Coln Ketzermeyster und seyne anhenger von dem durchleuchtigen, hochwurdigen und hochgebohrnen fursten und herrn, herrn Georgen, Pfaltzgrafen bey Rhein, und Herzogen in Beyern, erwelten und bestettigten Bischoffen zu Spyer, von bapstlicher heiligkeit sonderlich in dem handel des Ougenspiegels darzu verordnet, in eygener person gegeben und gesprochen.

Christi nomine invocato, pro tribunali sedentes et solum deum præ oculis habentes per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam de peritorum consilio et assensu [3] ferimus, in his scriptis pronunciamus [4], decernimus et declaramus in causa et causis, quæ inter eximium dominum Johannem [5] Reuchlin legum doctorem Phorcensem Spirensis dyocesis [6] ex

1 Litteratur über ihn, s. Reuchlin s. 344. a. 1. 2 Aufschrift ausgelassen 3. 4. 5. Statt der deutschen notariell beglaubigten (s. u.) hat 2 die lateinische: Georgius dei et apostolicae sedis gratia electus et confirmatus ecclesiæ spirensis episcopus, comes Palatinus Rheni et Bavariæ dux, judex et commissarius causarum et causæ ac partibus infrascriptis, una cum certo alio nostro in hac parte collega (näml. dem bischof v. Worms) cum clausula, ut vos vel alter vestrum vocatis vocandis a sancta sede apostolica specialiter deputatus. 3 Adsensu 5. 4 Pronuntiamus 5. 5 Joannem 2. 3. 6 Dioeceos 2, diocesis 3, diœcesis 5.

una, et religiosum fratrem Jacobum de Hochstraten, sacræ theologiæ et ordinis prædicatorum professorem et in certis provinciis Germanicæ nationis hæreticæ pravitatis inquisitorem, partibus ex altera, de et super quodam libello, speculum oculare nuncupato, ac per præfatum dominum Johannem doctorem edito, nobis apostolica auctoritate [1] specialiter commissa et coram nobis indecisa pendente, bene fuisse et esse appellatum et nulliter processum.

Nec non libellum [2] ocularis Speculi antedictum cum sua annexa [3] declaratione in actis causæ hujusmodi deductum, cum ex declaratione et declarato sit unus et idem liber et sui ipsius declarativus, a præfato domino Johanne Reuchlin doctore compilatum, ut præfertur, atque editum, de suspicione atque insimulatione hæreticæ pravitatis aliisque criminibus sibi per fratrem Jacobum antedictum hac in causa adversarium ex adverso principalem eidemque adhærentes, indebite, temerarie et injuste, tacita veritate fuisse et esse notatum atque diffamatum, sibique fratri Jacobo et eidem adhærentibus aut sua quoslibet [4] interesse habere putantibus, diffamationem [5] et incusationem facere et publicare minime licuisse, neque licere, et eisdem omnibus adversariis et singulis aliis super præmissis perpetuum silentium imponendum fore et imponimus.

Necnon pari nostra diffinitiva sententia decernimus et declaramus super nominatum libellum cum ejus declaratione annexa, ut præfertur, nullam hæresim aut errorem ab ecclesia publice damnatum manifeste sapere aut continere, perfidis Judæis non plus quam deceat, aut jura permittant, favorabilem fore, aut ecclesiæ dei, seu sacris ejusdem doctoribus neque injuriosum neque irreverentialem esse, et ab omnibus ipsum oculare speculum cum ejus annexa declaratione, quam in singulis conjunctam cum libello et repetitam esse volumus, legi et publicari posse, diffamatione in contrarium ab adversariis deducta non obstante.

*

1 Autoritate 23. 2 Hier beginnt 4: Pronunciamus, decernimus et declaramus, libellum . . . 3 Adnexa 5. 4 Quolibet 3 quomodolibet 2. 4. 5 Diffamationes etc. 4. 5.

Similimodo pari nostra diffinitiva sententia antedictum fratrem Jacobum inquisitorem in expensas [1] in hujusmodi causa pro parte dicti domini Johannis Reuchlin doctoris, tam coram nobis, et nostris subdelegatis, quam Moguntiæ legitime factas [2], condemnandum fore et condemnamus, quarum taxationem nobis in posterum reservamus.

Lata est hæc sententia die Mercurii XXIX mensis Martii, anno Domini MDXIV [3].

Georgius Krawt de Waldenberg sacra imperiali auctoritate notarius publicus subscripsit [4].

Gedruckt: 1 = Heumann documenta literaria, Altdorf 1758 (commentatio isagogica s. 16 bis 19,) der bemerkt: nobis eam ex antiquo exemplo typis expresso, supellectilis Pirckheymerianæ depromere placet. Subnotatio notarii non formis sed manu ipsius propria exscripta. 2 = Athanasius (s. unten); 3 = Acta iudiciorum Fiii[ab]. 4 = J. v. e. x ii[ab]; 5 = Majus p. 412 bis 414. 6 = Böcking, suppl. II, 550 fg. (Abdruck von 1.)

CLXXXII.

Stuttgart. 20 April 1514.

Joannes Reuchlin an Jacob Questenberg.

In seinem alter noch leide er verfolgungen; die predigermönche, denen er 28 jahre gedient habe, träten schrecklich gegen ihn auf und hätten den beschluss gefasst (10 Febr. 1514) seinen augenspiegel zu verbrennen. Gegen die sententia definitiva, welche er mitsende, hätten sie an den papst appellirt; daher bitte er, dass Q. ihn bei Leo X, dessen vater ihm wohlgewollt habe [5], empföhle. Schickt ihm die C. v. e. und die vita Constantini magni, welche seine landsleute [6] preise, 12 kal. Majas 1514 [7].

*

1 Expensis 2 . . 5. 2 Factis 2 . . 5. 3 Datum ausgel. 3 . . 5. Lata u. s. w. ausführliche phrase, bei 1, dass das urtheil in Speier ohne anwesenheit Hochstratens gefällt sei, am schluss die u. s. w. 4 Unterschrift fehlt bei 2 . . 5. Als glänzender sieg R.s wird diese sentenz gefeiert von Mutian (an Urban 1 Mai 1514. Mut.sches briefmscr. nro. 410, fol. 260). 5 R. sagt, das ginge hervor ex epistolis istis Florentinorum, d. h. den briefen des Marsilius Ficinus und Chalkondyles s. o. nro. XXVIII und XXIX. 6 Q. stammt aus Freiberg in Sachsen. 7 1. 2 haben: 1513; dass der brief aber 1514 sein muss, versteht sich aus dem inhalt von selbst.

Handschr. = Berl. mscr. fol. 2.; gedruckt: = Friedländer, beiträge zur reformationsgeschichte, Berlin 1837, s. 22 fg.

CLXXXIII.

Augsburg. **25 April 1514.**

Joannes Reuchlin an Questenberg

bittet, ihn dem kardinal Hadrian angelegentlichst zu empfehlen und den papst zu veranlassen, die streitsache nicht extra curiam verhandeln zu lassen, verweist ihn für näheres auf Caspar Wirt [1]. Ex Augusta, 7 Kal. Majas 1514.

Handschr. = Berl. mscr. fol. 15; gedruckt = Friedländer, beiträge s. 27 fg.

CLXXXIV.

Augsburg. **25 April 1514.**

Joannes Reuchlin an Caspar Wirt

dankt für seine hülfe, die ihm zur erlangung des Speierer urtheils vortreffliche dienste geleistet habe, erzählt, dass die in Nürnberg versammelten dominikaner unter dem vorsitze Johanns von Colle seinen augenspiegel verdammt und verbrannt hätten, widerlegt die in Hochstratens appellation geltend gemachten gründe und ernennt W. zum sachwalter in dem nun zu Rom beginnenden processe. Bei dieser thätigkeit solle sich W. der unterstützung der gönner und freunde R.s bedienen: des cardinals Hadrian, des Matthäus Lang, cardinals von Gurk, des augustinergenerals Ägidius von Viterbo, Questenbergs und des Christoph Welser, des schwagers von Konrad Peutinger. Leo möge mit ihm verfahren, wie Alexander VI mit Pikus von Mirandula, er möge ihm ruhe schaffen und zeit gönnen, die kirche durch wissenschaftliche thätigkeit zu bereichern. Ex Augusta, 7 Kal. Maj. 1514.

Handschr. = Berl. mscr. fol. 16; gedruckt = Friedländer, beitr. s. 29 bis 32 [2].

*

1 Die vereinzelten notizen über C. W. habe ich Gött. gel. anz. 1871, s. 56 fg. zusammengestellt. Hinzuzufügen ist Veith: Peutinger s. 188.
2 In dem drucke sind bei diesem briefe einzelne worte ausgelassen, s. 29, z. 18: fratres; z. 20: fratrum; z. 25: tamen; s. 31, z. 33: defendendi (?); s. 32, z. 5: et cætera; z. 7: quatenus . .

CLXXXV.

Frankfurt. (April 1514.)

Joannes Reuchlin an Erasmus [1]

gibt eine kurze, ziemlich sachgemässe schilderung seines handels mit den mönchen, einerseits bis zur verbrennung seines augenspiegels in Köln, andrerseits bis zum erlass des Speierer urtheils, schickt das letztere und bittet: ut si ab invidis ante annum ego Suevus et ad Hercynium jugum habitans apud Anglos ac Britannos tuos sim notatus [2], nunc saltem per tuam defensionem contra librorum incendiarios restituar. Francofordia in nundinis Aprilibus 1514.

Gedruckt: Erasmi Roterodami opera ed. Lugduni Batavorum 1703, vol. III. epist., App. nro. 5, col. 1524.

CLXXXVI.

Augsburg. 2 Juni 1514.

Joannes Böschenstain [3] clarissimo viro Joanni Reuchlin phorcensi LL. doctori præceptori suo S. D. P.

Quamquam ego te humanissime præceptor ab eo usque tempore quo nomen tuum mihi cognitum fuit, absentem coluerim tamque famam aperto ore omnibus prædicaverim, tum quod eisdem studiis sacris scilicet hebræorum literis intenti fuimus, tum propter egregias animi tui virtutes singularemque qua reliquos mortales excellis eruditionem et multarum rerum multimodam scientiam, superioribus tamen diebus dum Augustæ ageres [4], me tuæ præsentiæ mansuetudine et benevolentia adeo tibi devinxisti, adeo in amorem tui accendisti, ut mihi, si opus fuerit omnia adversa et extremam etiam necessitatem pro te pati, leve esset. Quid de tua in me fide et pietate dicam, quam beneficiorum vicissitudinem tibi reddam. Deus optimus maximus qui omnibus abunde providet, ille tibi præmia digna ferat, faciatque ut his quibus jam agitaris fluctibus ereptus in tutum tandem portum lætus devenias; te, inquam, ex illa adversa fortuna, iniquisque machinationi-

*

1 Für diesen brief ist zu vgl. Reuchlin s. 337. 2 Vgl. oben 10 März 1510 nro. CXIII[a]. 3 Über B. s. mein studium der hebr. sprache, s. 48 bis 55. 4 Vgl. oben nro. CLXXXIII und CLXXXIV.

bus adversariorum tuorum qui famæ tuæ insidiati sunt liberet, ut quietiori dehinc animo et mihi et aliis hujus rei studiosis auxilio et consilio adesse queas.

Nam quod scis me similis fortuna multos annos agitavit, quando scilicet a rabidis indigne laceratus et in carcerem conjectus fui: Judæis, quia eorum literas discebam, Christianis, quia cum Judæis conversabar, odio maximo eram. (Unum hoc loco excipio, primum in hebræorum elementis præceptorem meum, Mosche Möllin ex Weyssenburg, quem nulla unquam apud me delebit oblivio, quique solus ex omni perfidia fidus mihi fuit.) Utrinque insidiæ, utrinque pericula et vitæ discrimina parabantur.

Tantæ molis erat moseas [1] quærere vices quas perfecto tanquam preciosam margaritam e mediis hostibus ereptam abscondere merito deberem, veruntamen cum in mentem mihi venisset salvatoris nostri doctrina, qua monet neminem lucernam sub modio ponere, sed super candelabrem, ut luceat omnibus, cepi thesaurum meum (licet exiguum) late diffundere magisterque factus sum antequam bonus essem discipulus. Sed quid non suadet egestas? Nonnihil tamen commoditatis attulit sedula mea diligentia, testes mihi sunt qui me audierunt, ex quibus paucos numerare juvat ut et alii horum virorum autoritate moti tam sanctas literas addiscere cupiant. Auditores igitur mei fuerunt Caspar Amman, theologiæ doctor, provincialis ordinis divi Augustini, cui præter has literas in hac ingravescente, ætate nihil est solatio, quo denique merito gloriari solio, exactissimam enim psalterii novam etiam traductonem propediem posteris mandabit [2]; Sebastianus Sprentz doctor præpositus Brixinensis [3]; Henricus de Sax baro, præpositus ecclesiæ Sancti Petri Basileæ, Canonicus Constantiensis, Joannes Schlupf, doctor theologiæ, Wolfgangus Schwarzenstainer juris utriusque doctor, Joannes Eckius orator et

*

1 In molis . . moseas ein wortspiel mit Mosche Möllin. 2 Vgl. unten und stud. d. hebr. spr. s. 50, 89. 3 S. oben nro. CLX. Über die übrigen männer ist mir nicht viel bekannt. Für Joh. Eck genügt es, auf das werk von Wiedemann (Regensburg 1865) zu verweisen; über Bartholomäus Cäsar vgl. stud. d. hebr. spr. s. 31 fg., 93 fg.

doctor theologiæ, Udalricus Jung doctor medicinæ, Joannes Faltermair utriusque juris doctor; Georgius Oberhofer philosophus; Joannes Vischer ex Dietfurt philosophus; nobilis Guilhermus Trönberk; Joannes Vögelin philosophus; Joannes Pinicianus presbiter Augustensis; Henricus Vitellius; Eberhardus cum filio suo Bartholomæo Cæsare de Forchaim, quem Bartholomæum puduit fortassis scriptis suis nomen meum inserere. Illi inquam auditores mei crebro me sollicitarunt, ut quæ multis annis Germaniæ nostræ hebrææ linguæ rudimenta tradidissem in unum libellum cogerem et pro publico commodo ederem.

Horum ego, sed maxime petitioni tuæ libenter morem gero. Jussisti etenim, ut hujusmodi thesaurum proferrem largiterque impartirer, quo multis commodarer; paratus sum, humanissime præceptor, tuo nomine rempublicam literariam adjuvare. Veram et succinctam tamen legendi viam aperire adjuncta tabula cum cæteris, quam vocant, latinis teutonicis et hebræis literis tribus columnis se invicem concomitantibus, ita vere ut facile semidoctus Hebræorum notas addiscere queat, quo deinde tuos illos egregios libros studiosius comparare et expeditius [1] intelligere possint, sed neque ullam negligendi hebræas literas occasionem habebunt, cum tam vili precio tantum munus empturi sunt. Accipe igitur, clarissime vir, libellum hunc in tuam tutelam, tibi eum dicavi, tu a malevolis tutum reddes, ut si qua opus erit lima purgabis atque emunges. Scio, ubi ipse in lucem versabitur, nulli non gratus erit, dum tantum ducem patronum habuerit. Vale, trium linguarum peritissime Capnion, meque tuum mancipium esse patiare. Ex Augustana nostra officina hebraica, quarto nonas Junii. Anno 1514.

Gedruckt: aus בשם ארבעה אותיות [CONTENTA IN HOC LIBELLO NVPER | a Joanne bœschenstein esslingensi edita. || Elementale introductoriū in hebreas literas | teutonice et hebraice legendas | Decem precepta Exodi. XX. | Oratio dominica Matth. VI. Luce. XI. | Salutatio angelica Luce primo | Symbolum apostolorum | Canticum Marie Luce I Canticum Simeonis. Luce z. | An. Veni sancte | An. Salue regina |

*

1 Expedius l. tuos libros] nämlich die rudimenta hebraica.

Canticum Zacharie Luce I. | Letztes blatt vorderseite: Auguste ex officina Erhardi oeglin] mense Maio anno. M.D.XIIII.] Darunter O.s Buchdruckerzeichen. 3 Bogen à 4 bll. in 4°.

CLXXXVII.

Stuttgart. 19 Juni 1514.

Reverendis et venerabilibus patribus egregiis et eximiis divinæ scripturæ professoribus decano et sacratissimæ theologiæ facultati Parrhisiensi dominis suis quam colendissimis s. p. d. [1]

Quanquam ab ineunte ætate, sapientissimi et amplissima in toto pene orbis terrarum spacio laude celebratissimi viri semper me studui placere bonis, et neminis honorem lædere, tamen hoc triennio fieri non potuit, quin extrema ferme in ætate mea tandem ab indignis indigne lacerarer infamia. Facit hoc diabolus, cujus invidia mors intravit in orbem terrarum, ut pariter invidia discidium paret [2] in eis quos novit tantisper in deo manere, dum manserint in charitate, quam inter me adversariosque meos aut fregit avaricia, aut rupit superbia, aut luxuria dissipavit aliudve incidens odium quo fraterna extinguitur dilectio. Hoc enim ingenue fateor, quod, tametsi omneis [3] homines virtute præditos quammaxime diligam et venerer, tamen fuit hactenus cum nullo mihi sacrarum religionum ordine arctior amicicia quam prædicatorum nostræ provinciæ, quibus circiter annos undetriginta [4] sine precio, absque præmio, nulla spe lucri ductus, sed solum propter deum et ingentem meum erga illos amorem ac reverentiam commode utiliterque non tantum in ducatu Sueviæ, ubi habito, verum etiam in tota Germania patrocinatus sum, etiam cum fortunarum mearum nonnullo dispendio.

Unde poteram facile mihi ipsi de illorum perpetua gratitudine, qualem per literas tam publicas suorum provincialium quam singulorum privatas sigillis suis roboratas et usque huc in chartophilacio [5] meo servatas, sæpe polliciti sunt,

*

1 Statt der vollständigen aufschrift: Facultati theologiæ parisiensi Joannes Reuchlin LL. Doctor. S. D. P. 2. 3. 2 Parreret 3. 3 Omnes 3. 4 Duodetriginta oben nro. CLXXXII. 5 Chartophylacio 2. 3.

et promiserunt, optimam spem persuadere, si qua in re unquam mihi adversarentur mali eventus, ut est in rebus humanis frequens casus, quod ad eos ego præ cæteris omnium primum confugere possem. Sed heu, plurimum ea me fefellit opinio.

Cum enim mandato Cæsaris et nostræ provinciæ archiepiscopi Monguntini fuissem coactus, opinionem meam de Judæorum libris concremandis in modum consilii camerarii clausam et obsignatam ad manus eorum propere et absque mora transmittere, non dubitavi ullum subsistere periculum, ut est in Proverbio, cum bonis bene agier [1]. Sed homo amens et perditus, semijudæus quidam Coloniensis, latinam linguam prorsus ignorans, et judaicam incongrue imperiteque tenens, ut [2] patet ex sua interpretatione ab Adriano Hispano [3] juste reprehensa, quam his literis alligavi, maligna contra me machinatione consilium meum, quo ingenio adeptus certe Deus novit, cum id Arnoldo cuidam de Tungeri [4] et quibusdam aliis prædicatoribus theologis Coloniæ patefecisset et super eodem [5] adjutus libellum contra me famosum edidisset, non statim illi easdem chartulas famosas corruperunt, vel igni consumpserunt, ut lex præcipit, sed et iidem ipsi alterum quendam libellum famosum qui incipit: Articuli adversum me composuerunt, et impressum publicarunt quem jam quoque ad vos mitto. Quorum tunc inquisitor ordinis prædicatorum, nunc, ut ipse ait, delator, decanus erat.

Postquam autem toto biennio publicis famosarum schedularum affixionibus me acerrime contra jus et phas persequuti sunt, cœperunt tandem sub colore justiciæ mecum per suos hæreticæ pravitatis inquisitores in judicio velle [6] agere. quod tamen instituerunt ita nefarie et sine denunciatore vel accusatore [7], ut appellanti mihi tam ab inquisitore quam a commissariis ordinarii [8] ad Sedem apostolicam, summus Pontifex, sentiens iniquitatem inquisitoris commissariorumque ac

*

1 Agere 3. 2 Quod für ut 2. 3. 3 Adriano Hispano] Matthäus Adrianus s. oben nro. CXXXV. Zur erklärung der hier von Reuchlin gebrauchten worte vgl. meine bemerkung über M. A. in den jahrbüchern für deutsche theologie 1875. 4 Tungari 2. Tungares 3. 5 Eadem 3. 6 Velle ausgel. 2. 3. 7 Et . . accusatore ausgel. 2. 3 8 Ordinariis 5, vielleicht ordinatis?

eis adhærentium, totius negocii ocularis speculi alium judicem dederit, reverendum scilicet episcopum Spirensem [1]. Et simul sanctitas sua, manus apponens, perhibuit [2] omnibus personis et judicibus aliis quibuscunque, etiam sub censuris ne se de oculari Speculo intromitterent, quin immo si qui putarent aliquo modo sua interesse, ipsi coram apostolico judice prænominato causam suam agerent [3]. Quam commissionem Romani Pontificis et inhibitionem ejusdem, reverendis paternitatibus vestris hic mitto descriptam.

Utrisque vero nobis partibus termino a judice assignato [4] ad libellandum, eo quod essem tunc reus originarius expectavi ut decebat, donec ante viderem accusatoris mei libellum accusatorium, si quem produceret coram judice, seu potius reproduceret. Nam inquisitor prius contra oculare speculum [5], in judicio Maguntino [6] primæ instantiæ libellum quendam accusatorium [7] me ad hoc legitime non citato proposuerat. Cumque adversum me pars adversa libellare negligeret atque plane nollet, ego ipse virtute citationis contra ambas partes prius emanatæ cœpi libellum meum per procuratorem coram judice prodere. Mitto autem paternitatibus vestris articulos, super quibus idem libellus meus per procuratorem secundum stylum Curiæ compositus et ornatus extat [8]. Nam libellum ipsum formaliter positum in actis insertum adhuc apud se notarius causæ habet, quem libenter jam misissem utique [9], si per hoc [10] tempus potuissem.

Servatis itaque omnibus terminis in rota Romanæ Curiæ servari solitis, prædicatoribusque pro majori parte semper assistentibus tandem emanata citatione ad audiendum [11] sententiam ego de gratia dei et justicia triumphante obtinui diffinitivam, ut in hac sententiæ charta videtis, quam etiam porrigo [12]. Deinde cum eadem sententia transivisset in rem ju-

*

1 Das geschah durch päpstliches breve vom 21 Nov. 1513. 2 Inhibuit 2. 3. 3 Vermuthlich die urkunde des Speierer bischofs vom 20 Dec. 1513. 4 26 Jan. 1514; vgl. Reuchlin s. 299. 5 Meum hinzugefügt 2. 3. 6 Moguntino 2. 3. 7 Abgedruckt in den acta judiciorum A 2 bis B. 8 Vgl. Reuchlin, s. 300 fg. 9 Utique ausgel. 2. 3. 10 Hoc ausgelassen 2. 3. 11 Audiendam 2. 3. 12 Vgl. oben 29 März 1514, nro. CLXXXI.

dicatam, ad meam instantiam datæ sunt executoriales, quas etiam istis colligatas paternitatibus quoque vestris mitto [1]. Ex quibus omnibus cognoscetis, male adversarios fecisse, nomen meum in universa christianitate sic infamando, cum ipsi fuerint ejus famæ malevoli autores, et iidem ipsi scandalum et offendiculum plebi [2] posuerint, non ego, quod tamen scandalum ex ipsis ortum jam de gratia Dei, justicia mediante, sopitum est.

Quia vero apud indoctum vulgus ubique famant se velle apud vestras excellentissimas paternitates [3] impetrare contra me atque libellum meum oculare speculum novam, nescio quam, declarationem seu determinationem, ego quantum potero, humillime peto ut me facturam vestram non destruatis neque [4] de gremio et de corpore vestro membrum me lædatis. Sum enim [5] scholaris universitatis Parisiensis egregii quondam theologiæ doctoris domini Joannis de Lapide discipulus in Serbona [6], et postea Marchionis Badensis, nunc Episcopi Trajectensis condiscipulus, quondam ad solem habitans in via [7] S. Jacobi, ante annos si rite recordor 45, et hactenus almæ matri nostræ Parisiensi universitati non parvam laudem attuli scribendo, loquendo, docendo, ut opera nostra [8] indicant. Nec ullam ei maculam per oculare speculum inussi, quod stante mea declaratione simul et in continenti edita, tum latina quam teutonica nihil continet ac asserit scandalosum, nihil contra ecclesiam catholicam [9], ut patet acriter intuenti.

Quare ad vos integrum oculare speculum mitto, quod adversarii truncatum et mutilatum dolo malo circumtulere, quo facilius quoslibet doctores sibi consulentes in suam opinionem adversum me traherent. Habetis sacratissimæ theologiæ doctissimi doctores et integerrimi patres, summam causæ meæ quantum fieri potuit celerius ad vos licet perfunctorie missam, primo: Integrum oculare speculum, secundo: pacem

*

1 Verurtheilung Hochstratens in die kosten 24 April 1514; vgl. Reuchlin 304. 2 Plæbi 2. 3 Excellentissimas ausg. 2. 3. 4 Meque ne, 2. 3. 5 Vgl. zu dem folgenden den brief an Faber 31 Aug. 1513 nro. CLXXI. 6 Sorbona 3. 7 Vico 2. 3. 8 Nostra opera 2. 3. 9 Ac asserit und catholicam ausgel. 2. 3.

imperialem quam Cæsarea Majestas cum impositione perpetui silentii super eodem oculari speculo statuit, ab adversariis [1] ruptam atque fractam, tertio: Citationem apostolicam et inhibitionem; quarto: Articulos, ex quibus conceptus est libellus articulatus, secundum legem diffamari (Codice de Ingenuis et manumissis); quinto: sententiam diffinitivam cum ejus processu; sexto: literas executoriales.

Quare obsecro vos, Patres meos quam observandissimos, dignemini in hac causa ocium præferre negocio, et contra me filium et alumnum vestrum nihil statuere, definire [2] aut declarare. Cum sanctissimus dominus noster Papa Leo et committendo ad partes et inhibendo singulis aliis [3] personis et judicibus manus suas apposuerit, ne mihi auctoritas [4] vestra plus noceat quam veri prosit evidentia, ex quo enim Papa manum apposuit inferior se de negocio ammodo [5] intromittere non debet. Valete fœliciter et simul cogitate memori mente hanc præsentem meri facti esse quæstionem, et non juris neque divini neque humani, de qua nostrum certamen est. Non enim disputo, quid sit hæreticum et [6] quid catholicum, sed solum utrum oculare speculum quod in uno corpore constat ex declarato et declaratione, asserat absolute simpliciter et sine addito propositiones quas adversarii exprobrant. Quod si tam dubium est, ut scholastica disputatione veni at investigandum, quemadmodum adversarii illi circumvagando cursitantes, satagunt et colligunt doctorum sibi adhærentium opiniones, certe jam constabit ad solius Petri sedem, id est ad summum Pontificem esse referendum et non ad inferiores [7]; secundum jura canonica, quæ in hoc sunt clara, et secundum theologos in Gerson de Examinatione doctrinarum in tertia consyderatione, et Occam in libro Sexto Dialogorum in prima parte circa finem [8], et alii multi, a quorum lectione professio

*

1 Illis für adversariis 2. 3. 2 Diffinire 2. 3 Ad partes aliis ausgel. 2. 3. 4 Autoritas 2. 3. 5 Amodo 3 6 Et ausgel. 3. 7 Inferiorem 2. 3. 8 R. spielt wol an auf die worte Gersons a. a. o. (Berl. Bibl. Incun. 7627) bl. 2. Sumitur propterea ratio proportionabilis ad autoritatem papæ, necnon per ordinem hierarchicum figuratum in consilio dato Moysi per Jethro socerum suum. Okkams worte a. a. o. lib. VI, cap. LXII bei Goldast: monarchiæ romani imperii b. II. s. 567 fg.

mea et reipublicæ familiarisque cura me retrahit. Iterum valete quam observandissimi Patres. Ex Stutgardia [1] 13 Kal. Julias. Anno 1514.

Joannes Reuchlin Phorcensis LL. doctor [2].

Gedruckt: 1 = acta doct. Parrh. [Reuchlin s. 285. a. 3.] b. 1 fg. 2 = J. v. e. v. iiia ... xa. 3 = Bulæus, hist. univ. Paris. VI. p. 63 bis 65.

CLXXXVIII.

Stuttgart. 14 Juli 1514.

Joannes Reuchlin an Dr Wirt

schickt empfehlungsbriefe deutscher fürsten und herren und die verurtheilung Hochstratens in die kosten des Speierer processes. Ex Stutgardia, prid. id Jul. 1514.

Handschr. in der friedländerischen autographensammlung in Berlin; gedruckt: Friedländer, beiträge s. 33.

CLXXXIX.

Paris. 25 Aug. 1514.

Guilielmus Copus [3] Basiliensis medicinæ doctor an Reuchlin

erzählt, dass er in dem palast des königs gehört habe, wie bischöfe Reuchlin arg schmähten, dass er, vom könige nach seiner ansicht befragt, gesagt habe: er habe vor 40 jahren in Basel von Joh. Heberling aus Gmünden, der bei R. unterricht ge-

*

1 Stutgardie 2. 3. 2 Unterschrift ausgel. 2. 3. Diesen brief Reuchlins unterstützte herzog Ulrich von Württemberg durch ein schreiben an die Pariser universität von gleichem datum (gedr. a. a. o., ferner M. Crusius: annales Suevici p. III, lib. X, cap. IV, s. 552). Beide schreiben hatten keinen erfolg. Das verdammungsurtheil der Pariser vom 2 Aug. 1514, sowie alle verhandlungen, die demselben vorangingen, sind in der schon angeführten schrift: acta doctorum Parrhisiensium, in form eines briefes des Kölner abgesandten Theodorikus de Gouda an den carmeliterprior in Köln, Henricus de Geleen, Paris 13 Aug. 1514, gedruckt. Vgl. Reuchlin s. 286 bis 290 und unten. Durch diesen brief R.s wurde wohl das gerücht hervorgerufen, R. werde selbst nach Paris gehen, von dem Johannes Quonus, karthäuserprior in St. Omer (vgl. oben s. 80, a. 2), in einem briefe an Jakob Faber (24 Juli, J. v. e. t. 2a) spricht. 3 W. C., leibarzt der könige Ludwig XII und Franz I, literarisch als übersetzer verschiedener schriften des Galen, Theodor Gaza, Nicolaus Leonicenus u. a. bekannt, vgl. Bulæus VI, s. 937 fg.

habt, gehört, welch vortrefflicher mann R. sei, habe später dessen schriften aufmerksam verfolgt und könne noch heute dieses urtheil fällen. Tunc adversarius dixit: me pariter judaizare. Ex Lutetia Par. 8 Cal. Sept. 1514.

Gedruckt: 1 = J. v. e. x 1b; 2 = Bulæus, hist. univ. Paris. VI. p. 65.

CXC.

Löwen. (August 1514).

Erasmus Joanni Capnioni suo S. D.

Cum agerem apud Britannos redditæ sunt mihi tuæ literae una cum absolutione [1] Episcopi Spirensis, communicavi cum doctis aliquot [2] amicis, quorum nullus est, quin et suspiciat ingenium tuum tam fœlix tanquam fœcundum. Riserunt et a me damnatum illum libellum vehementer efflagitarunt, vel hinc conjectantes rem esse præclaram, quod talibus displicuisset. In primis autem Episcopus Roffensis [3], vir singulari morum integritate ac theologus absolutissimus, deinde Joannes Coletus [4], decanus sancti Pauli apud Londinum. Me tamen nonnullus adhuc habebat scrupulus, ne quid scripsisses incautius, quod viderem Episcopi sententia subtimide scriptam esse, ac pene meticulosam, quod adderet hæresim apertam [5] et accedente tractatu, donec Moguntiæ nactus ipsum libellum, articulos illos hæreticos, irreverentiales et impios legissem, jam risum tenere non potui. Posteaquam autem damnationem illam [6], bone Deus, quam belle compositam legissem absolvi te, eaque mihi apologiæ vice fuit, majoremque in modum optabam, ut ea in eruditorum omnium manibus esset. At simul

*

1 Absolutione] v. 29 März 1514. 2 Aliquod 1. 3 Roffensis] Johannes Fischer. 4 Joh. Colet, geb. 1466 in London, der älteste von 22 geschwistern, studierte 1483 in Oxford, reist in Frankreich und Italien 1493 bis 97 und hält dann als prof. der theologie in London vorlesungen. Er ist ein feind der scholastischen theologie, gegner der missbräuche in der römischen kirche; er hat einzelne theologische schriften, anmerkungen über biblische bücher und einige grammatische werke geschrieben, st. 16 Sept. 1519. 5 Hæresim] Erasmus spielt wohl auf die stelle des urtheils an: (libellum) nullam hæresim aut errorem ab ecclesia damnatum manifeste sapere. 6 Damnationem] verurtheilung des augenspiegels zu Köln 10 Febr. 1514.

atque legissem et Apologeticum tuum [1], tanta alacritate, tanta fiducia, tanto eloquentiæ fulmine, tanto acumine, tam multijuga eruditionis ubertate conscriptum, jam mihi videbar, non audire reum pro se dicentem, sed victorem de subactis hostibus triumphum agentem. Unum illud desyderabam, mi Capnion, loquar enim simpliciter et amice, malebam te in locos illos communes parcius digredi aut certe minus immorari, ad hæc magis temperasse a manifestis convitiis. Verum illud si vitium est, vitium est hominis eruditione ac literis superfluentis, hic difficile est alieno dolori modum præscribere. Rem facies eruditis omnibus gratissimam si curaris illum libellum in Angliam transmittendum, vel ad Joannem Episcopum Roffensem, vel ad Coletum decanum s. Pauli. Ipse quoque si potero mittam meum, tametsi unicum mihi. Scripsimus annotationes in Novum Testamentum universum. Itaque est animus excudendum curare novum Testamentum græcum, adjectis nostris annotamentis. Ajunt tibi exemplar [2] esse emendatissimum, cujus copiam si feceris Joanni Frobenio [3], gratum facies non solum mihi atque illi, verum etiam studiosis omnibus. Codex integer et incontaminatus ad te redibit. Vale et rescribe. Ad literas [4] quas in Anglia accepi respondi, an redditæ sint nescio. Tuas literas expectabo. Rursum vale, totius Germaniæ vere unicum decus et ornamentum incomparabile. Magnopere cupiebam tecum coram colloqui, verum, ut video, non licebit. Nam ad Idus Septembres hinc in Italiam pergo, nisi si quid extiterit interea novi. Iterum atque iterum vale.

Gedruckt: J. v. e. s iii^b 4^a.

CLXXXXI.

Paris. **30 Aug. (1514)**

Jacobus Faber an Reuchlin.

Trotz der briefe Reuchlins und des herzogs Ulrich an die fa-

*

1 Apologeticum] Reuchlins defensio contra calumniatores colonienses. 2 Exemplar] das von Basel geliehene s. o. 24 Juli 1488 nro. XV fg., vgl. unten 29 Sept. 1516. 3 Frobenio 1. 4 Literas] Reuchlins brief an Erasmus vom April 1514, oben nro. CLXXXV.

kultät [1], trotz Reuchlins gönner, des Pariser kanzlers [2], des pœnitentiarius [3], G. Castalius [4] und Martial Masurius [5] habe die fakultät, den Kölnern nachgebend, ein verdammungsurtheil gesprochen. R. möge aber immerhin gutes muthes sein, denn die entscheidung sei eine scholastische, aus furcht vor einem päpstlichen breve so schnell gefällt und habe daher keinen werth. Dank für die übersandten schriften [6]. Parisiis, tertio Cal. Sept.

Handschr.: autograph; Berl. mscr. fol. 10; abschrift von R.s hand fol. 42; gedruckt: = 1. Friedländer, beiträge s. 34 fg.; 2 = Herminjard, correspondance des reformateurs I, s. 15 bis 18.

CLXXXXII.

Cöln. 30 Sept. 1514.

Hermannus Buschius Pasiphilus [7] an Reuchlin

hofft auf einen baldigen sieg Reuchlins. Die theologen seien wüthend und nennen den kardinal Grimani [8] einen unbedeutenden menschen, ja sie sagen, alles, was der papst gegen sie vornehme, sei nichtig. Um sich etwas von ihrem grimm zu erholen, ergötzen sie sich an dem Pariser urtheil, das sie überall verbreiten. Sic nuper festo die divi Matthaei [9], cum processum tuum et excommunicationis contra theologistas sententiam valvis cathedralis ecclesiæ hic affixam honestus quidam sacerdos legeret et pugillares tenens inde quasdam clausulas excriberet, idem nebulo Pepericornus suo Ortuino comitatus venit clamitans: „Eho tu quid illa spectas? quin tu potius

*

1 S. o. 19 Juni 1514 nro. CLXXXVII. 2 Kanzler der kirche und der universität Paris, damals Godefroy Boussard; diese und die folgenden anmerkungen nach Herminjard. 3 H. versteht darunter den Guillaume Petit, der sonst von R. und den humanisten als gegner betrachtet und verspottet wurde. 4 Guillaume Chastel aus Tours, verfasser verschiedener lateinischer dichtungen. 5 Martial Mazurier aus Limoges, später in den reformationskämpfen mit dem bischof Briçonnet von Meaux viel genannt. 6 S. oben R. an Faber 31 Aug. 1513, nro. CLXXI. 7 Vgl. Liessem. Bonn 1866. 8 8 Jan. 1514 trägt der papst dem cardinal Dominikus Griman auf, Hochstraten persönlich, Reuchlin durch seinen anwalt nach Rom zu citiren (acta judiciorum F^b G 2^b; Majus, pag. 416 fg.). Vgl. auch den brief Mutians an den abt Hartmann von Fulda 20 Dec. 1514. (Mut.sches mscr. nro. 445, fol. 276; Tentzel supplem. p. 198.) 9 21 Sept.

isthæc mihi legas“, ostendens ei fabulam Parisiensem, quam ille aversatus: „Pluris“, inquit, „literas facio apostolicas, quam privatas“. Tum iste: „Tun, pluris audes facere Spirensis episcopi adhuc pueri sententiam, quam 80 theologiæ doctorum Parisiensium qui ut opinor, leporem quomodo caperet melius sciret quam istuc, quomodo diffinitivam aliquam sententiam ferret“. Nec hic stetit furor dementis capitis, sed eo usque provectus est, ut etiam summi Pontificis autoritatem per scelus et contumeliam ludificaretur. Quippe executiorales illas cum cepisset gladio lacerare, quidam, „non vereris“, inquit, „censuras apostolicas?“ Ad eam vocem furens, ibi ita statim cum maxima vociferatione subjecit audientibus plus trecentis hominibus: „ego vero pili non facio omnes censuras Papæ“. Hochstraten habe, bevor er nach Rom gegangen, von dem augustinerprior Theodoricus v. Castro rath verlangt, der habe ihn aber verweigert: die mönche hätten ohne ihn angefangen, sie möchten auch versuchen, die sache ohne ihn zu vollenden. Das habe er von Reuchlins eifrigem verehrer, dem subprior der augustiner, Paul Fugius [1] gehört; auch in anderen kreisen habe R. die glühendsten verehrer, den reichen patricier Franz Struss u. A. Die mönche hätten dem Hochstraten 1500 goldgulden nach Rom geschickt; Reuchlin habe aber kein geld nöthig, um bald vollständig zu siegen. Prid. Cal. Oct. Coloniæ.

Gedruckt: = 1. J. v. e. x 4^b bis y 2^a; 2 = Bulæus, hist. univ. Paris. VI. s. 68 fg.: 3 = Böcking, supp. opp. Hutt. II, s. 746 fg.

CLXXXXIII.

Ottobeuren. 4 Okt. 1514.

Frater Nicolaus Ellenbog Joanni Reuchlin S. d.

Doctissime vir, animus quo tibi singulariter afficior meus non sinit me esse quietum, si quando audio novercantem fortunam tibi viro et doctissimo et de me optime merito adversari novasque insidias moliri.

Feruntur nunc passim literæ gymnasii Parishiensis [2] quibus scripta tua damnata et palinodia digna feruntur. Velim

*

1 Von dessen bewunderung für Reuchlin spricht Luther an Joh. Lange 26 Okt. 1516, de Wette I, s. 42; vgl. auch unten 30 Aug. 1517. 2 2 Aug. 1514, s. oben s. 223 a. 2.

itaque, ut hac molestia me liberes, literisque tuis certiorem me reddas quemadmodum nunc tecum agatur, quidve roboris habeat definitiva illa sententia Spiræ pro te tuoque honore defensando lata. Accepi nempe rem de novo in urbe agitari; fuit mihi et fratri Conrado Pellicano Rubeaquensi qui superioribus diebus apud nos fuit de te sermo et multus et varius. Gratissimum itaque mihi feceris, si de omni re tua certiorem me reddideris, non sane quod [1] tam appetens sim novitatum, sed duntaxat, ut habeam quod vere objiciam detractoribus tuis et partem adversariorum tuorum defendentibus. Vale 4 nonas Octobris 1524.

Msc. Ellenbog. lib. II epist. 71 fol. 147b.

CLXXXXIV.

Stuttgart. 8 Okt. 1514.

Joannes Reuchlin Phorcensis fratri Nicolao Ellenbog S.

Noli obsecro de mea causa nimis esse sollicitus. Si enim pilus hominis non cadit in terram sine patris voluntate, quanto minus caput. Mi Nicolae, omnia cooperabuntur in bonum. Obtinui sententiam diffinitivam quam theologistæ æquo animo ferre non possunt, quare dicebant se appellavisse ad [2] sedem apostolicam. Sed cum ita causam suspenderent, omnes docti mecum hujus opinionis sunt quod non libenter in curiam Romanam, ubi sunt viri doctissimi, judicio contendunt. Et ideo causa non prosecuta, ut vulgi aures oppleant, invocaverunt regem Franciæ per confessorem seu verius pœnitentiarium suum [3] quemdam fratrem de ordine prædicatorum, ut mandet facultati Parisiensi librum meum qui dicitur ecclesiæ scandalosus condemnent. Illi stolidi doctores absque commissione ulla ecclesiastica, sine auctoritate, sua sponte se ingerentes, ut complaceant Coloniensi facultati, quam appellant sororem suam et doctores vocant confratres, homines suspectissimi, non intelligentes linguam germanicam in qua scriptum est oculare speculum, neque interpretationem adversariorum meorum cum

*

1 Quo mscr. 2 Ad ausgel. mscr. 3 Das ist Wilhelm Petit, dem Faber die entgegengesetzten gesinnungen zuschreibt, s. o. nro. CLXXXXI.

vero originali conferentes, in vota paucorum deputatorum, non obstante quod sciverunt sententiam a judice apostolico esse diffinitive latam, et quod Papa manus apposuit cum inhibitione omnibus personis et judicibus, determinaverunt, ut ajunt, doctrinaliter directe contra sententiam meam diffinitivam. Quæ si transivit in rem judicatam facit jus; si non transivit, ut ipsi ajunt, propter eorum appellationem, tunc pendente, appellatione, ut jura dicunt, nihil debet innovari neque attemptari. Et quia solum tenent appellationem suam frivolam in suspenso, ut me interea de facto, de vi et violentia, cujus eos non pudet plebeis infamandum præbeant, iccirco ego sanctissimo domino nostro Papæ supplicavi, ut causam in curia Romana alicui ex reverendissimis cardinalibus committat, ut videant sententiam meam confirmari. Et feci ad hoc inquisitorem fratrum prædicatorum citare, ut personaliter Romæ compareat, procuratori meo in propria persona responsurus. Ibi spero merito finem omnem totius causæ nacturum, Deo et jure mediante. Quare neque me neque aliquem movere debet Parisiensium theologorum qui omnes sunt partiales determinatio scholastica. Quia nihil valet in jure, nec potest mihi præjudicium generare, sed pocius præjudicabit adversariis qui jure suo non sunt confisi, sed invocant temporales dominos, imperatores et reges [1] qui in causis fidei nullam habent cognitionem nec eam demandare aut committere possunt. Deficit papyrus, quare cesso. Vale. Ex Studgardia, die octavo Octobris anno 1514.

Msc. Ellenbog. lib. I epist. 74 fol. 150a bis 151a.

CLXXXXV.

Augsburg. 18 Okt. 1514.

Reuchlin an Questenberg

empfiehlt ihm nochmals angelegentlichst seine sache, lässt ihm durch das welserische bankhaus geld zukommen und schickt ihm die für seine anwälte bestimmten authentischen aktenstücke. Ex Augusta [2], 18 Oct. 1514.

*

1 Der könig von Frankreich nahm direkt partei gegen Reuchlin; vgl. Reuchlin s. 286. 2 Wie aus dem folgenden brief hervorgeht, war er nach

Handschr. = Berl. mscr. fol. 9; gedruckt: = Friedländer, beiträge s. 42 fg.

CLXXXXVI.

Augsburg. 18 Okt. 1514.

Reuchlin an magister Caspar [1]

dankt ihm, dass er die führung seiner sache übernommen und schickt ihm urkunden seines streites. Mitto etiam privilegia [2] quædam Judæorum ex quibus videbitur, quod Judæi commorantes in Alemannia sint a sede apostolica privilegiati de non molestando eos in suis libris et quod sint Camerarii Imperatoris [3]; ferner ein verzeichniss seiner für den streit bereits gehabten ausgaben. Entschuldigt sich, dass er die sachwaltung für den Speierer process dem Caspar Wirt übertragen habe und erbietet sich das, was er ihm noch schuldig sei, bald zu entrichten. Ex Augusta, in die s. Lucæ, 18 oct. a. 1514.

Handschr. = Berl. mscr. fol. 3; gedruckt: = Friedländer, beiträge [4] s. 44 fg.

CLXXXXVII.

Stuttgart. 10 Nov. 1514.

Reuchlin an Jacob Questenberg

bittet wiederholt um seine hülfe; die gegner verbreiten das gerücht, dass Rom käuflich und er arm sei. Bittet um zusen-

*

Augsburg gereist, um durch vermittlung des welserischen bankhauses geld und papier nach Rom gelangen zu lassen.

1 An welchen Caspar dieser brief gerichtet ist, kann ich nicht angeben; an Caspar Wirth keinesfalls (s. den schluss dieses briefes). Ein früherer brief, von dem Reuchlin spricht, ist nicht erhalten. Später wird unser Caspar nie mehr genannt, wenn es nicht Caspar Vaingensis sein sollte, den Galatin erwähnt (an Reuchlin vom 1 Juli 1515), unten nro. CCXI. 2 Privilegia] bulle Martins V 31 Jan. 1419 und 13 Febr. 1428. Reuchlin s. 313. a. 1. 3 Cam. imp.] Die erste urkunde dafür, dass die juden kammerknechte sind, ist von Friedrich II, 1238. Stobbe: die juden in Deutschland, s. 12, s. 212, a. 14. 4 S. 44, z. 6. v. u. fehlen nach ad: die worte: Coloniam ad.

dung der schrift des Proclus in Ptolemæi Quadripartitam [1] er wolle sie zum drucke besorgen. Ex Stutgardia 4 id. nov. 1513 [2].

Handschr. = Berl. mscr. fol. 8 [3]; gedruckt: Friedländer, beiträge s. 46.

CLXXXVIII.

Stuttgart. 21 Nov. 1514.

Joannes Reuchlin an Jacob Questenberg.

Questenbergs unterstützung sei jetzt sein einziger trost. In Löwen habe man den plan, Erasmus anzugreifen, sobald man ihn unterdrückt habe, und so alle poeten zu vernichten. Ex Stutgardia 11 kl. dec. 1514.

Nachschrift. Cupiebat nuper a me per literas [4] Caesar

*

1 Quadrupertitum in der handschrift. Diese schrift des Proclus ist von Reuchlin nicht herausgegeben worden, wol aber von Melanchthon. Er schreibt 14 Dec. 1553 Christophoro Stathmioni: nactus sum dulcissimam Procli enarrationem in quadripartitam Ptolemæi, quam typographo Basiliensi mittam. Corpus reformatorum ed. Bretschneider, vol. VIII, col. 183 sq. Die handschrift hatte er von Hieronymus von Commerstädt erhalten, dem er am 1 Sept. 1554 die unter dem titel: Procli paraphrasis in quatuor Ptolemæi libros de Siderum effectionibus. Basil. (s. a.) 8⁰ erschienene schrift schickt. Mel. sagt von ihr: eo autem vidi libentius exemplum tuum, quia mox cum aspexi, Jacob Questebergii manum agnovi. Auch dass sie in Reuchlins händen gewesen ist, weiss Mel., aber er stellt den zusammenhang nicht richtig dar. Er sagt: venit eo tempore Romam Capnio, missus eo a principe Palatino Philippo. Qui cum et ipse auditor esset Argyropyli et inter germanicos auditores Jacobum nosse cœpit (über diese irrthümliche auffassung Melanchthons ist schon anderen orts gesprochen) vidisset etiam libros ab eo scriptos, emit ab eo orationes adversarias Aeschinis et Demosthenis (Reuchlin gab sie bekanntlich 1522 heraus, vgl. unten Reuchlins brief an Anshelm 11 Jan. 1522) quarum literarum pictura nullam vidi pulchriorem. Dedit igitur mercedem, ut Dalburgio episcopo Vangionum scriberet Athenæum et alios quosdam libros qui in bibliotheca episcopi Vangionum postea custoditi sunt. Athenæum retinuerat Capnio. Et cum Moguntiæ inventus sit hic Procli commentarius existimo eo perlatum ex bibliotheca episcopi Vangionum. Diese meinung ist allerdings nach unserm briefe irrthümlich. 2 Trotz dieser datierung muss der brief ins j. 1514 gesetzt werden, weil ein machiniren der Kölner erst nach der Speierer sentenz begann. 3 Woselbst auf der rückseite steht: monasterium Grimani. 4 Der brief Maximilians an Reuchlin ist nicht erhalten. In der zehnten sitzung des lateranensischen concils sollte die verbesserung des kalenders in berathung gezogen werden. Der papst schrieb an den kaiser 21 Juli 1514, um ihn zu veranlassen, gut-

audire, quid sentirem de festo paschali, quo pacto fieri posset, ut debito tempore semper observaretur, quod ajebat se velle ad concilium Lateranense deferre. Ego timidior factus ab hoc meo aerumnoso casu, in quem propter Majestatem suam innocenter lapsus sum, nihil respondi. Tanta est in concilio doctissimorum virorum abundantia ut meo calculo non sit opus. Überdies hätte er dazu grosser untersuchungen bedurft. Dat. ut supra.

Handschr. = Berl. mscr. fol. 21; gedruckt: Friedländer, beiträge s. 47 fg.

CXXXXIX.

Stuttgart. 29 Dec. 1514.

Reuchlin an Adrian, [1] Cardinal S. Chrysogoni.

Er wage, ihm zu schreiben, um sich eine stütze zu verschaffen, gegenüber den Kölnern, welche behaupten, sie besässen in Berhardinus Caravajal, Card. s. crucis [2], einen unbesiegbaren hort. Hochstraten sei durch Bernhardin vom banne befreit

*

Mirandula. 30 März 1517.

Joannes Franciscus Mirandulæ dominus an Reuchlin.

Hat in Augsburg, bei seinem siebenten aufenthalt in Deutschland, von Peutinger, bei dem auch Pirkheimer gewesen sei, Reuchlins rudimenta zum geschenk erhalten, sie gelesen und bittet nun Reuchlin, ihm hebräische bücher abschreiben zu lassen und durch Peutinger zu schicken, bittet ihn ferner, ihm mittheilungen über die art der hebräischen verse zu machen. Mirandulæ, 3 kal. Apriles, a. 1517 [1].

*

1 Diesen brief überschickte Pikus dem Pirckheimer zur besorgung an

Gedruckt: = J. v. e. t 2.

CCXL.

Rom. 24 Mai (1517.)

Ägidius generalis eremitarum S. Augustini an Reuchlin [1]

sendet herzlichen dank für Reuchlins werk de arte cabbalistica. Romæ, 24 Maji.

Gedruckt: = J. v. e. C[a].

CCXLI.

Rom. 25 Mai 1517.

Philippus Beroaldus junior [2] an Reuchlin

wollte, von Jakob Questenberg und Martin Groning ermuntert, schon lange an Reuchlin schreiben und thut es nun, nam me tibi jamdiu non modo amicum, prope dixerim advocatum fuisse in causa illa tua confragosa ex aliis audire te malo. Libros tuos pythagoricos pontifex legit avide, ut res bonas solet. Dasselbe thue auch der cardinal Medici [3]. Romæ 8 kal. Jun. 1517.

Gedruckt: = J. v. e. C[ab].

*

Reuchlin: cæterum si me amaveris, ad communem amicum Johannem Reuchlin alligatam epistolam curabis perferendam, 1 April 1517; gedruckt als widmung der schrift: JOANNIS | FRANCISCI | PICI MIRANDV | LÆ DOMINI, ET | Concordiæ Comitis. | Ad Leonem Pont. | Max. et Concil. | Laterañ. de | reforman|dis Mori|bus ora|tio etc. 4 bogen à 4 bll. und 3 bll. in 4° mit der anshelmischen verzierung der epp. ill. vir. auf dem ersten und letzten blatt. Am ende: Hagenoæ ex ædibus Thomæ Anshelmi. (Anno MD. XX. Mense Marcio.) Der brief des Pikus an Pirckheimer ist mit dem falschen datum VI Kal. Apr. als nunc primum ex autographis edita (!) abgedruckt bei Freitag, epistolæ doctorum virorum. Leipzig 1851, s. 8 sq.

1 Ägidius von Viterbo, s. o. nro. CCXXVII. 2 Phil. Beroaldus d. J. geb. in Bologna, lehrt dort 1498, später in Rom, wo er bibliothekar des vatikans wird, starb 1518. Er hat die 5 ersten bücher von Tacitus annalen herausgegeben, und Isokrates rede an Demonikos übersetzt. Eine kleine schrift von ihm erschien: opusculum de terræ motu et pestilentia, cum annotamentis Galeni, A . . H in 4°; vorrede datiert: in urbe Schletstatina XXV. Maji 1510. 3 Julius, der spätere papst Clemens VII.

CCXLII.

Stuttgart. 30 Juni 1517.

Joannes Reuchlin an Joh. Franz. Picus

bedauert, trotz eifrigen forschens, seine anfrage über die hebräischen verse nicht beantworten zu können. Was er über den gegenstand wisse, habe er in einem werke, an dem er jetzt arbeite, „de accentibus" u. s. w. [1] niedergelegt. Seltene hebräische bücher die er besitze, habe er in seinem werke de arte cabbalistica genannt; doch gäbe es für solche unter den deutschen juden keinen abschreiber, weit eher liesse sich dafür in Rom einer finden. Stutgardiæ prid. cal. Quintiles 1517.

Gedruckt: = J. v. e. t 3.

CCXLIII.

Ottobeuren. 12 Aug. 1517.

Frater Nicolaus Ellenbog Capnioni suo. S. D.

Colende præceptor, libros tuos Cabalisticos ea perlegi diligentia quam merentur, hoc est maxima [2]. Sed nec calamo exprimere possem, quanta voluptate, quanta animi delectatione mellifluum illud tuum opus legerim. Dii boni, quam elegans, quam pressum, quam copiosum et prægnans. Blandiatur sibi Græcia quantumcunque velit et bonarum scientiarum omnium repertricem et illustratricem se jactet, ego autem Græcos cum Platone vero pueros appellandos crediderim et Hebræos ex quibus mutuati sunt omnia, non parvo intervallo prætulerim. Vere salus ex Hebræis et omnis doctrinæ et philosophiæ fluenta inde scaturiunt et emanant uberrime. Non possum satis mirari linguæ sanctæ dignitatem et succulentiam, cujus mysteria ad plenum expiscari nequeunt. Persuasum plane mihi est literas sanctas primo fuisse confusas et inglomeratas et pro captu cujusvis docti ac studiosi viri posse susque deque locari et combinari ad fabricanda signacula et eruenda mysteria profundissima. In admirationem praeterea immodicam me ducunt Hebræorum

1 S. unten nro. CCL. 2 Schon in dem brief an Joh. Marquardi 12 Juli 1517, a. a. o. ep. 26, fol. 32 gibt Ellenbog seiner bewunderung für Reuchlins werk lebhaften ausdruck.

magistrorum divina ingenia, gravissimæ sententiæ, et mysteria ex secretissimis sacrarum literarum abditis eruta [1] et deprompta. Absit, absit ut Cabalistici libri vulcano absumendi tradantur; digni plane sunt, ut inlinguam latinam fideli et luculenta tralatione vertantur. Sed et te interprete nonnullos lecturum me spero, non tantum autem ego, sed nimirum complures alii et docti et boni viri qui te præceptore, te auctore, et duce Cabalistæ evadent. Illud præterea admiror, cur gloriosissimus Hieronymus ille Dalmata in tantum Cabalistarum doctrinam aut neglexerit aut contempserit, ut ne nomen quidem Cabalæ usquam in ejus scriptis inveniatur. Nullum ego hactenus apud eum legi quod ex sacris literis juxta tres Cabalæ species fabricatum sit mysterium et symbolum, et tamen plures Cabalisticos libros editos fuisse tempore illius pro confesso habeo. Ceterum exploratissima nunc mihi sententia קהלת dicentis [2] יוסיף מכאוב יוסיף דעת· Adepta enim nunc notitia quantulacumque Cabalæ, discrutior sane, cupiens alia majora cui scientiæ indagare secreta. Movere haberem dubia plurima quæ me suspensum tenent, sed quod non tam Cabalæos quam pythagoræos tribus his tuis libris instituis, plane agnosco. Quaerere mihi non licere, interrogatum autem id solum respondere אמרו חכמים· Vale fœlicissime. De causa tua Romana certiorem, me reddes, et quid שלי· [3] interpretetur canticorum primo: Vineam meam non custodivi. Ex Ottenpurra pridie Idus Augusti. 1517.

Handschr.: = Nic. Ellenbogii, epist. libri IX, msc. vol. I. lib. III, epist. 29, fol. 33b bis 35a.

CCXLIV.

Cöln. 8 Sept. (1517.)

Johannes Cæsarius Capnioni suo salutem.

Doctor Martinus Groningus, patria Bremensis, ubi ex urbe Coloniam rediit, ad me divertit, atque per mensem fere in ædibus meis versatus et hospitatus est. Interim ne dies quidem fuit in quo non de te commentati fuerimus. Multi quoque ob eandem causam ad nos venerunt ut quanquam alias certi esse poterant de causæ tuæ in urbe tractatu, ex

*

1 Erruta l. 2 Koheleth 1, 19. 3 Hohel. 1, 6.

illo tamen planius intelligerent inter quos quadam nocte simul eramus præcipue illustris novæ aquilæ comes [1], Johannes Capellarius alias de Regio Pago et Henricus Monoceros alias de Wesalia [2] totam illam noctem tecum transegimus. Crede, mi Capnion, neque fatis, neque humano consilio evenisse, sed divina potius providentia, ut talis tantaque controversia inter te et theosophistas adversarios tuos suboriretur, quando alioqui quisquis alius is fuisset præter te, succubuisset omnino, et si non virtute, multitudine tamen et turba superatus. Ita nec potest falli Deus, nec fallit unquam. Doctor Sesseler cum hinc alio migraturus esset, id quod dolenti animo fero, quippe qui vir est optimus et integerrimus, priusquam proficisceretur me commonuit, ut sibi vel epistolium aliquod ad te darem. Quod equidem feci quam libentissime, non tam ejus quam et mea ipsius causa. Sic enim tibi semper commendari cupio. Reliquit et nos paulo ante Phugius noster [3], homo non tui modo studiosissimus, ut certe est, sed et omnium doctissimorum hominum, ut et ipse est. Ei ad Pyrkheimerum nostrum, rarum inter Germanos miraculum, literas dedi, quibus et illi indicavi apud nos libellum Nazareni [4] theologi Cæsareæ Majestati destinatum excudi, quem et adhortatus una sum, uti dialogum illum Luciani, de quo alias mihi scripsit, titulo piscator seu resuscitati [5] in lucem tandem det, quando scilicet et ipse mores fere exprimit quibus nostri Theosophistæ in doctissimum quemque utuntur. Accepi ab Erasmo nostro [6] literas

*

1 Hermann von Nuenaar, vgl. Böcking suppl., vol. II, s. 428 fg. 2 Über Heinrich Einhorn, vgl. Krafft und Crecelius beiträge z. gesch. des humanismus am Niederrhein, Elberfeld 1870, s. 47. 3 Phugius] Fugius der oben 30 Sept. 1514 erwähnte. Nro. CXCII. 4 Libellum Nazareni] über diese vertheidigungsschrift des Georgius Benignus für Reuchlin, vgl. Reuchlin s. 401 ff. Die vorrede Martin Gronings zu der schrift ist vom 1 Aug. 1517. 5 Seu reviviscentes lautet der wirkliche titel der von Pirckheimer 2 Oct. 1517 wirklich veröffentlichten schrift, der ein sehr ausführliches, für die reuchlinische angelegenheit ungemein wichtiges schreiben Pirkheimers an Lorenz Behaim (30 Aug. 1517) vorangeschickt ist, vgl. Reuchlin s. 395 ff. 6 Ab Erasmo] der brief des Erasmus an Cäsarius 16 Aug. 1517, (Böcking, Hutteni opera I, s. 149, 150), enthält nur eine erklärung gegen die epp. obsc. vir.; über Reuchlin nur die worte: de composita lite Reuchliniaca utinam vere nunties. Die briefe des Erasmus über Reuchlin, die dunkelmän-

his diebus in quibus tui quoque mentionem facit, et de duobus opusculis a se confectis in tuam credo laudem. Itaque ubique a probis amaris et coleris unice, unicum et singulare literarum decus. Vale. Coloniæ 6. Id. Septembris.

Gedruckt: = J. v. e. x. 4.

CCXLV.

Rom. 5 Dec. 1517.

Philippus Beroaldus junior an Reuchlin

hätte schon lange Reuchlins brief beantwortet, aber cardinal Ankonitans krankheit und papst Leos abwesenheit hätten ihn bisher daran gehindert. Der von Reuchlin empfohlene philosoph wolle nach Venedig gehn. Empfiehlt den päpstlichen gesandten Johannes Heitmers, der nach Deutschland komme, um alte bücher zu suchen: R. könne ihm darin bei dem bischof von Worms und sonst die vortrefflichsten dienste leisten. Romæ, 5 Dec. a. 1517.

Gedruckt: = J. v. e. C^b.

CCXLVI.

(Nürnberg.) (1517.)

Bilibaldus Pirckheimer an Reuchlin

ermahnt ihn, sich durch die anstrengungen der gegner nicht irre machen zu lassen, die, wie sich erst neuerdings durch ihr vergebliches schreien gegen seine veröffentlichung des Lucianipiscator [1] gezeigt habe, sicher zu schanden würden. Vale.

Gedruckt: = Bilib. Pirckheimeri opera ed. Goldast, Francof. 1601, s. 399.

CCXLVII.

Leipzig. 5 Jan. 1518.

Petrus Mosellanus [2] an Reuchlin

drückt seine hohe bewunderung für Reuchlin aus, dankt für die

*

nerbriefe, Pfefferkorn sind in diesem jahre sehr häufig, vgl. die aufzählung bei Böcking, vol. II, s. 143 sq. und die darstellung: Reuchlin s. 334 bis 343.

1 S. o. s. 279, a. 5. 2 Vgl. O. G. Schmidt: Petrus Mosellanus Lpz. 1867. Über diesen brief: Gött. gel. anz. 1868, s. 1536 fg.

grüsse, welche Johannes aus Pforzheim [1] ihm von Reuchlin gebracht, freut sich über die wohlwollende gesinnung Reuchlins gegen ihn, dass er sich entschuldige, einen brief unbeantwortet gelassen zu haben und schickt ihm eine kleine von ihm übersetzte schrift des Basilius [2]. Salutant te hic omnes boni et docti. Lipsiæ, non. Januar. a. 1518.

Gedruckt: = J. v. e. z. 3^b fg.

CCXLVIII.

Speier. 21 Jan. 1518.

Thomas Truchseß, decanus Spirensis an Reuchlin

dankt für seinen glückwunsch zur fortunarum accessio [3], versichert den Reuchlin seiner freundschaft: insuper ubi Spiram veneris, decanatus non ignotas tibi aedes [4] tuum putato diversorium. Hat Pirkheimers vorrede zu Luciani piscator mit grossem vergnügen gelesen. Spiræ, 21 Januarii 1518.

Gedruckt: = J. v. e. B^a.

CCXLIX.

Tübingen. (Jan. 1518.)

Philippus Melanchthon Brettanus Suevus [5] an Reuchlin.

Neue schriften Hochstratens sind nicht gekommen; Pirkheimers Luciani Piscator wird neu mit der vertheidigungsschrift des G. Benignus gedruckt, auch eine neue schrift des Erasmus. Bittet um schriften des Albertus, will seine übersetzung einer plutarchischen schrift dem widmen, den Reuchlin bestimme und schickt grüsse des Franciscus Stadianus. Tubingæ.

*

1 Joh. Schwebel aus Pforzheim, später als eifriger anhänger der reformation bekannt. Vgl. z. b. Herzogs realencyklopädie XIV, s. 57 bis 65. Die veranlassung der reise Schwebels von Pforzheim über Stuttgart nach Leipzig ist nicht bekannt. 2 Divi Basilii cognomento magni Cæsariensis episcopi ed. Gregor. Naz. epistola. Ejusd. de ratione vitæ solitariæ libellus ad eundem. Duæ precationes P. Mosellano interprete. Lips. ap. Melch. Lotther. 1516. 4⁰. 3 Ernennung zum dompropst: Juli 1517, s. oben nro. LXVII, s. 61, a. 1. 4 Jedenfalls vom Speierer process her. 5 Literatur über Mel. anzuführen, hieße wohl eulen nach Athen tragen; seine werke corpus reformatorum, vol. I bis XXIV; beziehungen zu R.: Reuchlin s. 463 bis 466; über seine biographie Reuchlins mein: über Melanchthons oratio. Fft. 1868.

Gedruckt: 1 = J. v. e. C 3b; 2 = Corpus reformatorum ed. Bretschneider, vol. I, col. 21 fg.

CCL.

Stuttgart. 1518. Febr.

Adriano S. Chrysogoni reverendissimo cardinali Joannes Reuchlin Phorcensis LL. doctor salutem dat.

Hebraicæ veritatis amatoribus, Adriane, optimarum literarum patrone, nuper in tui nominis gloriam nullo unquam tempore interiturum et ecclesiæ universalis perpetuam utilitatem ego primus omnium, quos terra sustinet, libros de accentibus et orthographia Judæorum sermone latino edidi, tuoque fœlici præsidio dicavi, ut certum haberet ducem externarum linguarum studiosa juventus, sub cujus signo levato militaret, cum opus foret contra furiosos et rabidos canes omnis bonæ artis osores, contra luem et pestem vetustatis, contra librorum incendiarios, monumentorum antiquissimorum cladem et orbitatem sitientes. Non satis esse duxi, tot exantlatos labores, tantum operæ, tantum olei superioribus annis in noviciorum studia impendisse, ut eos et graeca primum, deinde et rudimenta Hebraica cum nullo meo lucro ne sperato quidem docerem, nisi etiam et consummatissimam grammatices hebraicæ hanc partem tuo nutu atque numine discendi cupidis gratuito monstrarem, id quod potissimum fuit scribentibus nobis reliquum, qui desyderamus pleno pectore ac totis viribus omnium studiosorum salutem, dignitatem, atque profectum cura cogitatione vigiliis et lucubrationibus nostris comparare. Nam semper hæc mihi fuit in partem beatitudinis optata sors, ut omnibus prodesse possem, nocere memini, nisi forte lacessitus injuria. Nimirum ad hoc me natura inflexit, educatio aptavit, et vivendi consuetudo jugiter commovit, ut nihil esse in hoc seculo beatius arbitrarer, quam in omnium bonorum hominum commoda, sudores et labores nostros convertere.

Utque nihil eorum ignores: jam sane ab ipsis vitæ meæ incunabulis orsus ὥσπερ ἀπὸ γραμμῆς rationes omnes meas tibi exigua scheda colligam. Nihil omnium tanta animi vel contentione vel cupidine sum sectatus quanta multiplex illud externarum linguarum studium, ut non dubitem signa genii me

flagrantis insecutum. Itaque nulla ætas, nulla vitæ pars mihi agitur, qua non aliquid moliar animo, quod ad externæ sapientiæ cognitionem atque adeo ad prodendas nostris hominibus gentium linguas attineat, non nimis alta sapiendo, sed humilibus consentiendo. Quondam nempe adulescens ego, dum asperam et rudem seculi superioris philosophiam apud Rauracos[1] meditor, statim ad cultum et æquabile genus orationis latinæ, sive solutam velles, sive nodis vinctam, adjeci animum. Interque primos professores ut esset aliquis etiam usus mei in restituendis literis, extra ordinem utriusque generis authores publice docui. Atque id primum studio, magis ut grammatici quam elegantes haberemur, quid enim requireres amplius ab hominibus qui annos jam supra tercentos aliud nihil moliebantur, quam ut barbari essent, unde cum loquendi vitio, amor etiam et voluptas balbutiendi insederat. Sed prospere cessit. Magnæ rei non frustra manum admoliti sumus tametsi strenue refragarentur initio istius generis magistri quos hodie scilicet hostes patimur, quibus corruptissimo judicio et admirabili φιλαυτία tumentibus nihil præter feces sua recte probatur. Iam usu res explendescebat fiebatque, ut purius et scriberet et diceret juventus germanica, idque me auspice.

Deinde accessit græcarum literarum studium, sine quibus nemo sat politus censeri potest. Hisce ad philosophiam revocabamur aristotelicam, quæ non nisi a græcis hominibus proprie ac rite tradi solet. Huc aspirabant, si qui bonis ingeniis non corrupta ista et perturbata disciplina infecti erant. Sensim pueriles scholarum nugæ deserebantur. Ibi vero supercilia tollentes veternosi sophistæ, mirum ut ridiculi, ajebant, literarum genus a nobis tractari alienum a romana pietate, Græcos schismaticos esse, interdictas eorum disciplinas contra ecclesiæ decreta nobis magistris prodi. Viden quanti ratio mihi primorum studiorum constiterit, per quæ rerum discrimina, quid passus a sophistis effecerim ut resipisceret Germania vel tandem: Sero enim Phryges sapiunt[2].

Hæc sunt primæ juventæ merita, quam intelligis omnem

*

1 In Basel 1477 ff. 2 Sero enim] proverbium est natum a Trojanis, qui decimo denique anno velle cœperant Helenam quæque cum ea erant rapta reddere Achivis. Festus.

in discendis juvandisque literis actam, bene habet. Nil potuit tunc livor inertium et ego testes habeo recte imbutæ ejus ætatis passim apud Germanos ac Gallos non paucos autoritate summa viros, qui tum iisdem una mecum stipendiis meruere. Iam civiles caussæ obruebant, in foro versabar, potentissimorum Germaniæ principum consiliis intereram. Post deinde ad summam triumvivatus Sueviæ dignitatem electus quem undecim annos[1] continuos gessi, sæpe imminentia patriæ bella justo tribunali demoveram, ne tum quidem peregrinis studiis neglectis.

Hac veluti occasione usus interdum ad hebræa animum contuli, deerant enim adhuc. Tum gravi meo impendio doctissimum quenque hebraicorum auctorare præceptorem solitus cum ipsis quoque Apellis congressus, quatenus homini Christiano phas esset, ita nihil a me non datum est pietati. Adrisit hercle animo hebraica peritia, primo quia suopte ingenio jucunda, deinde quia magno videbatur usui futura, sacras olim versaturo literas. Eo jam tum et omnis anteactæ vitæ studia et omnis animi conatus, si qui non infœlices forent, referebam. Christo addictus omnia devolvebam christianæ ecclesiæ vel augendis vel honestandis rebus. Nulla me fames auri (id ipsum enim liberaliter prodigebam in horum studiorum sumptus) adegit ad hebraica mysteria discenda. Nulla inanis gloriæ sitis, ea enim studia tum celanda vulgo erant, ut quæ in tanta dignitate constituto viderentur indecentia.

Non me tenet, Adriane, non tenet in his excolendis auri scelerata cupido. Ingenio trahor et amore pietatis. Sanguinem Jesu Christi, qui medullatam sese pro nobis hostiam patri obtulit, testor me numquam a Judæis ulla vel auri vel argenti dona, præmia, munera recepisse, nullis me opibus unquam ve in hoc etiam tam diuturno bello quod adversum me tot et tam divites mendicantes, tam crudeles hostes gerunt adjutum. Nec, ut opinor, dubitant si qui non improbo judicio vitæ meæ rationes cognorunt. Et sunt tamen, ut ille graecus ait δόλιά τινα βουλευτήρια, ψευδῶν ἄνακτες μηχανόῤῥαφοι κακῶν ἑλικτὰ καὶ οὐδὲν ὑγιὲς [2] qui contra phas hominum deumque nequissime

*

1 Undecim annos] über den werth dieser stelle vgl. meine abhandlung über Melanchthons oratio s. 29 ff. 2 Eurip. Andr. v. 447 ff.

audent ementiri nescio quo me pasci a Judaeis auro, quod tantum abest a veritate quantum mendaces ipsi a probitate.

Sed expecto dominum et viriliter ago, hic disperdet universa labia dolosa. Hoc aspirante, hoc docente, linguas disco etiam senex idque cupidius eo quod nulla prorsus ingenii sunt humani munia interpretandæ sacros anctæ legi tam necessaria quam est linguarum peritia. Quodsi libet, periculum facito scriptorum, ecclesiæ, visurus quid inter peritos linguarum ac expertes interpretes intersit. Et quidem δις διὰ πασῶν. Mihi autem in animo non est in præsentia cum quoquam digladiari, alioqui et reclamantibus quantum oratione pottem, ora retunderem. Nec enim levia sunt quæ grammatica cognitio pasturit. Is est plane verus et germanus scripturæ sensus, quem nativa verbi cujusque proprietas expedita solet aperire, ut prætercam interim quantum possis venari mysteriorum non e verbis modo sed apicibus pene singulis, si spiritu magistro adoriare. Id vel maxime verum est de scripturis hebraicis quibus prope nihil est traditum quod non umbraculi vice spiritali commendetur intelligentiæ. Diviniora enim non e rubo per angelum, sed ex homine per deum accepimus et parvuli clarius quam patres nostri mysteria regni dei cognoscimus. Tamen ita sese habet conditio nostrorum, ut non modo plurimum adjumenti, veteris figuræ testamenti ad explicanda ea conferant, sed etiam neglectis hisce σκιογραφίαις adire nostra prorsum nequeant. Hæc cordi sedent, hæc admonent, hæc agitant, ut Hebræa et amem et excolam nihilominus his interim agitatus malis. Manca mihi nostra videntur nisi hoc studium meum bonis omnibus adprobem id quod arbitror esse liberalis animi argumentum, atque adeo vobis primum eccelesiæ principibus.

Id in caussa est, cur ferme omnia mea quanquam hominis prophani solum addixerim iis qui sacris initiati sunt: Cabalam Judaicæ gentis remotissima secreta, summo ecclesiæ principi dicavi[1],

*

1 Cabalam] die widmung an Leo X vom März 1517, s. o. nro. CCXXXVIII die des buches vom wunderthätigen wort an Joh. von Dalburg i. j. 1494, oben nro. XLVI. Athanasius erklärung der psalmen an Questenberg, 12 Aug. 1515 oben nro. CCXV, die der rudimenta hebraica an seinen bruder Dionysius vom 7 März 1506, oben nro. LXLIV und die der übersetzung der sieben bußpsalmen an Jakob Lempus vom 1 Aug. 1512, oben nro. CLI.

de verbo mirifico Vangiorum antistiti psalmos S. Athanasii Iacobo Aurelio Questembergo, rudimenta hebraica Dionysio fratri meo germano sacerdoti, commentarios in pœnitentiæ psalmos hebraicos Jacobo Lempo theologiæ jurisque doctori. Nunc περιοδικῶς ad summa revertenti proximus es tu mihi, Adriane, senatus apostolici decus, quem tot orbi literæ, tam frequentes musæ universo commendant, libet enim reliqua decora nominis tui iis celebranda relinquere quibus est immortalibus digna operibus eloquentia. Cæterum sunt in oculis omnium quæ fidem doctrinæ tua faciunt et ego magnis accipio testibus, impendio te non communibus modo studiis, sed hebraicis quoque raris illis oblectari.

Quo, excellentissime presbyterorum Archegeta, librum quem de accentibus et orthographia linguæ hebraicæ inscriptum vides tibi nuncupo [1].

Liber secundus.

Satisne jam, an minus grammatici officio in hebraica lingua functi simus, tuum esto judicium, Adriane cardinalis reverendissime, qui ante annos 12 de judaicis literis et earum vi ac potestate, tum de primitivis dictionibus, unde solent cetera vocabula proficisci ad extremum de arte literatoria per quam derivandi ac inflectendi partes orationis est data facultas in tribus rudimentorum nostrorum libris conscripsimus. Deinde aliquanto post tempore canonum experimenta et operationes in psalmorum septem commentariis absolvimus. Nunc vero quod arti adhuc deerat de accentibus et recte scribendi modis tractavimus. [2] Et quidem ferendum erat in hoc cessasse atque

*

1 Die folgende stelle, die nur ein inhaltsverzeichnis des werkes gibt, ist ausgelassen. An die einleitung zum ersten schließt sich die an Adrian gerichtete einleitung zum zweiten buche. 2 Ähnlich, wie in dem vorstehenden zählt Joh. Secerius in einem gutgemeinten, aber schlecht gelungenen epigramme, das sich am schlusse des buches de accentibus et orthographia findet, Reuchlins werke über das hebräische auf:

Jo. Secerius Lauchensis literarum sacrarum studiosis.

Qui cupit hebræam sese duce noscere linguam
In capita primum, biblia hebræa secet.
Deinde rudimenta judaica Capnionis,
Tum septem psalmos expositos relegat.

puerilibus studiis finem posuisse præsertim senem me ac prope terminum vitæ, qui optimo jure altiora contemplarer, vergens in vesperam, ni meus erga te amor ingens et observatio tui mea quanti potest ab infimo in summum haberi, demum id ageret, ut his carceribus et hac meta consistere nequiverim, dum cogitarem, adhuc in sacra hebræorum scriptura videri quiddam reliqui cognitu dignum quo per tuum numen fruantur erudiendi.

Nam præter vocum et distinctionum notas signa quædam cernimus in judaicis bibliis varie inter scripturarum lineas collocata quæ studiosæ juventutis candidus affectus æque admiratur, tamen non tam ad grammaticum, quam et ad rhetorem et ad musicum spectantia. De quibus sub tuo nomine per libellos sequentes non amplius binos quoad ejus fieri poterit lectores discendi cupidos brevi faciam certiores, quantumlibet multorum judicio ætati meæ non conveniat encycliis disciplinis insudare, tamen est etiam curarumm aximarum aliquod levamen honeste cum pueris ludere.

Post enim quam in aulis principum senatorii ordinis consulatum annos undeviginti, tum deinde triumviratum Sueviæ annos undecim continuos sedulo gessi, tandem sedit animo, ut nuper abdicato triumviratu et secularibus negociis subito exactis in ocio literario quiescerem ac sacrosancta divinitati consortia legerem, mihi et Deo, per quæ salutem perpetuam et cordis tranquillitatem verumque gaudium ac non fucatum adipisci liceret. Quibus legendis multa inciderunt minutulis elementis et apicibus exiguis cohærentia, nomine parva, re maxima, trivialibus artibus comprehensa, quæ necessario ad tam arduas res intelligendas concurrunt et sine quibus frustra in tam sanctis literis sudamus. Eorum cum viderem quoque habendam esse rationem non neglectam, etiam ad ipsa studium meum contuli. Et ita, ut universi cernitis, in ætate provecta grammaticus hebraicus evasi, quando non est nobis in hoc Sueviæ territorio Judæorum copia, quibus præceptoribus et quorum quotidiano colloquio uteremur. Jamque gaudeo plurimum eo ventum esse, ut mihi liceat gravia cum levibus et seria eum ludis

*

Extremum liber hic consummat rite laborem
Sermo voluminibus quattuor iste patet.

mutare quod ad Philoctetis Sophoclei sententiam proxime accedit

ἤ τοι καίριος σπουδὴ πόνου
λήξαντος ὕπνον κἀνάπαυλαν ἤγαγεν.[1]

Ac simul id id quicquid est quod in Hebraicis sum consecutus certe quod comparatione doctissimorum Judæorum exile nimium judico amicos celare non possum. Sed per libellorum editionem inter avidos sciendi spargo discipulos, quibus aliquando vera erga me gratitudo inde accrescet quantum cum deo fieri poterit vindicandi mei. Vel etiamsi, ut per epistolam comminati sunt hostes mei, post excessum e vita leoni mortuo[2] barbam vellant. Sed in aquam hæc scripta sint[3].

Nusquam viri boni honorem minuo, procul esto a me. Sed malignos et putres philosophastros optimo jure noto, qui in suum ipsorum exitium temere captantes capiuntur, et ut alter Perillus[4] ipsi quem fecere taurum cum magno suo malo experiuntur. Gaudeamus igitur hilariter, beate, jucunde, ob virtute partam nobis gloriam, ac illis quoque posteris gratulemur propter tam opportuna sacratissimarum literarum seminaria quæ Adriani nostri jacimus autoritate. Non dubium quin hæ radices non modo in surculos pullulent, verum etiam in proceras excrescant alnos, sylvas et lucos, in quibus ut Orpheus ad Ismarum et Rhodopen in Thracia, sic nos ad jugum Hercynium atque Bacenas in Suevia, Pythagoreo more citharam nostram docemus divina Hebræorum carmina resonare, quorum symphoniam[5] hic subjungimus. Diatonicum autem modulamen nobis attulit Bossosthemius sacerdos[6]. Harmoniam fecit

*

1 Ed. Schneidewin und Nauck v. 637. 638. ἦτοι l. κ' ἀνάπαυλαν l. 2 Leoni mortuo] s. o. den brief Reuchlins an die Cölner facultät 29 Febr. 1512, s. 165. 3 Das dritte buch hat keine vorrede; aus dem schluss des ganzen seien folgende worte mitgetheilt. 4 Perillus = Perilaos, der erzgießer, der für den tyrannen Phalaris den ehernen stier verfertigte. 5 Symphoniam] die hebräischen melodieen folgen auf den 9 folgenden seiten für Discantus, Altus, Tenor, Bassus. 6 Bossosthenius] ohne zweifel Johann Böschenstein, der in der oben nro. CLXXXVI beschriebenen schrift B 3b gesagt hatte: sed dicta ultima punctorum vel temporum genera musicalia scilicet et accentualia non ad ignaros sed ad peritos hujus artis pertinent. De quibus observandissimi præceptores mei Joannes Reuchlin et Caspar Amman propediem plura et egregia tradituri sunt, quibus quoque libenter hac in re

Christophorus Sillingus Lucernensis, reliquam artem et quicquid ceterorum est unus ego Reuchlin et condidi ed edidi. Anno Christi 1518 Mense Februario. Pro quibus laboribus, candidi lectores, quotquot futuri estis grati, mercedis loco viventem me atque mortuum contra non olim Actæonios sed nunc Capnionios canes illos Calumnienses viriliter defendite fœliciterque valete.

Gedruckt: = de accentibus et orthographia (vgl. Reuchlin s. 141 ff.), 1518, fol. LIX fg. und fol. LXXXII^b LXXXIII^a.

CCLI.

Stuttgart. 21 März 1518.

Joannes Reuchlin an Hermann Graf von Nuenaar

wendet sich mit großer heftigkeit gegen die eben erschienene apologie Hochstratens [1]. Diesen habe der umstand so gereizt, dass ihm das jüdische gold entgangen sei, darum wage er zu behaupten, dass die römische vertheidigungsschrift gar nicht von G. Benignus geschrieben sei. R. spottet über Hochstratens barbarische ausdrucksweise und führt stellen von juristen zum beweise an, dass er kein ketzer genannt werden könne. Tu vero fortis athleta pugnabis contra Lernæam bestiam pro veritate contra mendacium. Ego veteranus triumphantes vos juvenes aspicere debeo et laudare, non triumphare. Quare et te tibi et me tibi et Nazaræum illum Benignum tibi tuisque lacertis librandum committo. Vale. Stutgardiæ 12 Kal. Apriles, a. 1518.

Gedruckt: 1 = epistolæ trium illustrium virorum (vgl. Böcking, opp. Hutt. I, s. 20 f.), a^b bis a 2^b; 2 = Böcking, suppl. I, s. 427 bis 429.

CCLII.

Wittemberg. 30 März 1518.

D. Joanni Reuchlin legum doctori singulariter dilecto Fridericus dux Saxoniæ s. p.

Acadæmia hæc nostra Wittenbergensis, eximie doctor et

*

palmam tradens vinci me ingenio fateor. Über Christoph Schilling vgl. stud. der hebr. sprache, s. 31.

1 Vgl. über dieselbe: Reuchlin s. 404 bis 413.

singulariter nobis dilecte, divino munere ita crevit, ut nihil pene magis, vel inpræsentiarum, vel in posterum quam professorem unum atque alterum græcæ et hebraicæ linguæ desideret. Statuimus igitur, Deo adjutore, ne in hac quidem parte studiosis et præsentibus et futuris deesse, sed judicio tuo, ut viri eruditissimi et ejusmodi rerum peritissimi, instituere lectionem utriusque linguæ et græcæ et hebraicæ in gymnasio nostro literario. Persuasum enim habemus, te pro tua singulari erga nos tuaque constanti benevolentia istud daturum libenter ut nobis, ita communi reipublicæ literariæ.

Quapropter abs te vehementer petimus, ut des operam ut duos eruditos viros consequamur quorum alter linguam græcam, alter hebraicam singuli singulas horas cottidie in hac nostra academia fideliter atque diligenter legant et profiteantur, vel si duos adipisci non possimus, unum saltem habeamus qui utranque græcam et hebraicam linguam ita calleat, ut profiteri possit nosque certiores facias primo quoque tempore per literas tuas Antonio Tucher seniori Nurembergam transmittendas qua mercede quove salario conduci velint annuo. Hoc enim erit non solum nobis gratissimum, sed studiosis omnibus longe omnium et optatissimum et utilissimum.

Gratum etiam nobis fuerit, aliquando ex literis tuis statum causæ tuæ intelligere: sumus enim tibi non mimus quam hactenus fuimus multis nominibus gratiosissime adfecti. Vale feliciter. Datum in arce nostra Wittenberg die 30 mensis Martii 1518.

Fridericus.

Autogr. = im k. württ. geh. haus- und staatsarchiv in Stuttgart, rubrik Sachsen.

CCLIII.

Stuttgart. 5 April 1518.

Bilibaldo Pirckheimero, patricio Nurembergensi, amico suo integerrimo et colendissimo.

Salutem D. P. Deus ecce deus. Ut mihi videre videor, hoc certe Dei prædestinatione factum est, ut intercedentibus quibusdam mediis hoc genus dæmoniorum ejiciatur. Multo jam tempore multa passi sunt mala episcopi, sacerdotes, plebani, seculares, clerici et omnes aliorum ordinum fra-

tres atque monachi ab istis hominum monstris qui omnem conditionem priscorum pharisæorum in se habent quos Christus semper maximo odio habuit. Quare, ut arbitror, jam denuo fit, ut contemnentes Cæsaream Majestatem ejus qui primo pacem nobis per publicas et publicatas literas mandaverat dixerunt se propter religionem non oportere Imperatori obedire, id quod contra S. Paulum, „subditi [1] estote omni creaturæ et regi tanquam præcellenti.“ Contempserunt et sedem apostolicam pontificem et cardinales qui autoritate apostolica inhibitionem eis miserunt et omnibus adhærentibus publicatam sub pena excommunicationis latæ sententiæ. Cui non obedierunt et sic excommunicati celebrant divina contemnentes irregularitatem et volunt per hoc ostendere, quam non teneantur in hoc papæ obedire. Adhoc Astarota [2] qui se appellat: nos frater, in libro invectivarum adversus archiepiscopum Nazarenum allegat. Isajam et sacram scripturam: „propter Sion [3] non tacebo et propter Jerusalem non quiescam.“ Et est omnino similis hæresis fratris Hieronymi Savanarolæ [4] qui Florentiæ combustus est, ut vidisse potes in confessatis et actis suis, cui fuit etiam sub pena excommunicationis inhibitum, ne ultra prædicaret, ille autem similiter dicebat, papæ in eo non esse obediendum, et allegabat sacram scripturam: prædicate [5] evangelium omni creaturæ, quæ tunc fuit hæresis declarata.

Ut igitur id quod superiores negligunt corrigere, corrigant inferiores, jam, inquam, denuo fit, ut non me tantum satis sit contra phas et jura per omne genus versutiarum vexasse, quin etiam incipiant viros maximos lacerare et lacessere injuriis, Archiepiscopum Nazarenum, Comitem de Nuenar, Huttenum, Cuspinianum, Peutingerum et te ipsum cum aliis præclarissimis viris. Tu igitur pro integra inter nos amicitia nostra teque meque liberes aut implices, utcunque bonum est. Habemus fere totam Romam, præter pecunia illorum corruptos, habemus doctissimos quosque assistentes, et commune odium dimicat contra eos. De re mea quo in statu sit cernes in actis ju-

*

1 Subditi] 1 Petr. 2, 13. 2 Hochstraten s. o. Reuchlins brief an Nuenaar, nro. CCLI. 3 Propter Sion] Jesaias 62, 1. 4 vgl. Reuchlin s. 151. 5 Prædicate] Marc. 16, 15.

diciorum [1], quæ ad te mitto, et item mitto quod hoc anno pro scholasticis elaboraverim de accentibus hebraicis [2]. Vale, Non. April. a. 1518.

Ioannes Reuchlin Phorcens. LL. Doctor

Hermannus novæ aquilæ comes Canonicus Coloniensis nuper ad me capellanum suum misit oratorem. Is certe tui est amantissimus et nunc ad hoc novum bellum se instruit cum multis commilitonibus. Discent aliquando isti pediculosi homines se ipsos cognoscere aut in prœlio cadent. Vale frater.

Gedruckt: = VIRORVM DOCTORVM | EPISTOLÆ SELECTÆ | AD | BILIB. PIRCKHEYMERVM ..... | DATÆ ||| EX | AUTOGRAPHIS NUNC PRIMUM EDIDIT | ET ILLUSTRAVIT | THEOD. FRID. FREYTAGIUS, || LIPSIÆ. | MDCCCXXXI. S. 14 bis 16. (Ein theil davon bei Böcking, Hutteni opera I, s. 169.)

CCLIV.

Cöln. (Apr. 1518?)

Hermannus, comes de Nuenaar an Reuchlin.

En tibi amicum utrumque gravem qui tuas parteis tenet apud Leodios et Aquas [3]. Er habe gegen Hochstraten eine kleinigkeit geschrieben [4] und werde, durch Busch und Hutten [5] gemahnt, grösseres veröffentlichen [6]. Die beiden genannten verehrten ihn sehr, dasselbe melde Glarean aus Frankreich und ähnliche nachrichten kommen von allen seiten.

Quiesce tu, interea dum luctamur, videbis ut te ex insidiis eripuero. Deinde si tibi ocium suppetet ad nos quandoque accedas velim. Ludemus bellam conœdiam, conficiemus Sy-

*

1 Acta judiciorum erschienen Febr. 1518, s. über dieselben Reuchlin s. 290 ff. 2 De accentibus s. die widmung an den cardinal Adrian, oben nro. CCL. 3 Wer dieser amicus gewesen, lässt sich nicht mehr sagen, schwerlich der von Reuchlin an Pirckheimer 5 April 1518 genannte capellanus Hermanni novæ aquilæ comitis, den hätte Nuenaar schwerlich so bezeichnet. 4 Gemeint sind wol die verse Nuenaars in doctissimi viri Jo. Reuchlin ejusque defensorium laudem (gedruckt: Ge. Benigni defensio F 3b). 5 Huttens brief an N. 3 Apr. 1518, bei Böcking, Hutteni opera I, 164 bis 168, in welchem sich übrigens die mahnung nicht findet. Buschs brief an N. 12 Apr. 1518: epistolæ trium illustrium virorum B 4b bis C 4b. 6 Vgl. die folgende nro.

cophantas, usque ad medullas Leodiensis episcopus Gallicum explicavit nodum, adjunctus Burgundionibus, quæ res facile efficiet ut nobis quoque accedat, possim aliquid apud illum. Cum veneris[1] ad nos, curabo ut omnia pro votis nostris, nil tibi æque conducere posset quam es principis favor. Bene vale. Coloniæ.

Gedruckt: = J. v. e. t. 3b bis t. 4a; (daraus nur theilweise in Hutt. opp. ed. Böcking I, s. 148 f.)

CCLV.

Cöln. 1 Mai (1518).

Hermannus comes Nuenarius an Reuchlin.

Heftigste widerlegung der Hochstratenschen apologia, aus der viele einzelne stellen angeführt, verspottet und bekämpft werden. Ausser Reuchlin werden besonders Pirkheimer, Georgius Benignus, Martin Groning vertheidigt und gelobt[2]. Am schluss heisst es: si enim (näml. Hochstraten) sacræ poeseos merita ignorat si veros theologos ipsius præconia scriptis extollentes, non legit, aut didicit, quod valde equidem crediderim, perlustret vallum Buschii[3] viri undequaque ornatissimi, ut tandem senex factus discat, quæ puer scire debuerat, tum fatebitur injuriam sibi factam quod hucusque theologus sit habitus, qui ea ignoret qnæ de hac re certatim a sanctissimis viris memoriæ commendata sunt. Et de nugis hæc quidem paucula. Nos vero interim studiis nostris operam demus, et quam ludere aliquando libebit, habes jam argumentum, quo te exercere possis, etiam usque ad risum. Vale, communis patriæ ornamentum. Et me quem amas fac impensius ut ames Coloniæ. Calendas Majas.

*

1 Cum veneris ad nos] nach dieser und einer im briefe des Thomas Truchseß vom 21 Jan. 1518 sich findenden stelle, in der dieser ihm freundliche aufnahme zusichert, wenn er zu ihm käme, scheint Reuchlin die absicht gehabt zu haben, die Rheingegenden zu besuchen; doch ist von einer ausführung des planes nichts bekannt. 2 Über den brief vgl. Reuchlin s. 414 fg. 3 Hermanns Busch: vallum humanitatis 1518, die berühmte vertheidigungsschrift der humanistischen studien gegen die angriffe der theologen.

Gedruckt: epistolæ trium illustr. vir. Böcking, suppl. II, s. 102. a 3a bis b 4b.

CCLVI.

Stuttgart 7 Mai 1518.

[Johannes Reuchlin an den herzog Friedrich von Sachsen.] [1]

Durchlauchtigster, hochgeborner fürst, gnädigster herr! E. chf. g. sey meine gehorsame dienstbarkeit schuldiges willens allzeit von mir demüthiglich bereit. Gnädigster herr und churfürst. An mich hat gelangt durch schrift, am sanct marxtage [2] mir nächst überantwortet, euer fürstlich gemüth und löblicher wille, die universität Wittenberg zu erhöhen mit gemeinem nutz, ehre und lob des ganzen deutschen landes in lateinischer, griechischer und hebräischer zunge. Das wird stehen gegenwärtigen und künftigen in allem guten zu ewigen zeiten nimmer zu vergessen und übertrifft meines bedünkens unter allen tugendreichen übungen alle adeliche thaten eines solchen grossmächtigen churfürsten, wie gar ritterlich die geachtet möchten werden.

Hercules der alten welt, wie viel standhaftiger, mannlicher siege er ist obgelegen, noch käme es ihm zu keinem ruhme, hätt er nicht in allen sprachen gelehrte leute gemacht, die ihm seine gut .... werk könnten zu feld bringen und ausbreiten, wie das noch Luciani sage, die steine Sul, Herkules bildung, genannt Ogmion, in deutschen landen erfunden anzeigt. Was hat den langwierigen in ewig gedächtniss gebracht anders, denn dass er durch die hohe schul, von ihm in Parnasso gestiftet, aus groben steinen und ruhen felsen hat menschen erschaffen? Der grossfürst in Assyria, Prometheus, hat aus allen fürstlichen werken nichts davon erlangt, denn dass er schriftlicher lehre und redsprecher kunst ein anhänger gewesen ist. Darum wird ihm zugelegt, dass er habe aus erde leute gemacht.

*

1 Von dem folgenden brief nimmt Förstemann an, er sei ursprünglich lateinisch gewesen, und ins Deutsche übersetzt; eine annahme, die durch die lateinische fassung des briefes oben nro. CCLII, sehr wahrscheinlich gemacht wird. 2 Sanct Marxtage, 25 April.

So nun, durchl. churfürst, lange jahre und viel zeit teutsche land von andern landen für ein barbarisch, viehisch geschätzt worden ist, und nicht unbillig; denn wenig aufsehens ist von unsern vorfahren auf die menschliche, höfliche zierde der rede und adelichen sitten der nothdürftigen sprachen gehalten worden, sondern haben uns die sophisten bisher mit ihrem unnützen geschwätz nicht ohne schaden der kirche am narrenseil geführt, durch das wir zu rechter verständniss der alten weisen aus mangel der lateinischen, griechischen und hebräischen zungen nie haben mögen kommen. Und aber jetzt durch sonderliche schickung Gottes ew. fürstl. gn. nach stiftung der hohen schule zu Wittenberg eine sondere betrachtung hätte, wie man gründlicher weise möchte erobern die obgemeldten drei sprachen, so Christo nicht ohne ursache ob dem kreutz geschrieben erfunden sind, durch die dann menschliche vernunft unsrer altvordern erfahrung und weisheit eigentlich verstehen und zierlich reden, auch künstlich schreiben mag: ist ungezweifelt auf die bahn gerichtet, die immerwährend im gedächtniss eurer, als neuen stifters der menschlichkeit in teutscher nation. Was euch und uns allen gutes daraus erwachsen möge, gnädigster herr, könnet ihr bass gedenken, denn ich reden. Darum wenig noth gewesen wäre, an mich so hoch zu begehren, dass ich wollte diesen ew. gn. lobwürdigen vornehmen zween trefflich gelehrte mann, einen der griechischen, den andern der hebräischen sprache erfahren, zuschicken; denn ich dess nicht allein selbst willig, sondern auch zu thun zwiefach schuldig bin, eines, dass es gemeinen nutz betrifft, das andere, so mir täglich einbildung gibt ergangener gnaden bei euch befunden, dass ich e. f. g. von natur und recht zu getreuen wiedergelt verbunden bin.

Darum hab ich nit kleinen fleiss angekehrt, damit ich solche leute bekommen möchte und nach einen gesandt, hebräischer sprache nicht ungeschickt, heisst Icolampadius [1] prädicant zu Weinsberg; aber die von Basel haben mir denselben aus den händen gerissen, dahin er sich hat lassen bestellen, also dass er uns diessmal nicht werden mag. Sonst

*

1 Vgl. Herzog: leben Öcolampads von Herzog, Basel 1843.

weiss ich fürwahr keinen weltlichen mehr in hochdeutschen landen, der da könnt einen doctorstuhl in hebräischer lehre verwesen, es wäre denn d. Paulus Ricius, meines g. h. cardinals von Gurck leibartz [1]. Dem bin aber zu klein, dass er mir zu erwägen sey, denn er stehet fest und wohl. Aber ew. f. g. möchte durch meinen gnädigen herrn von Gurck denselben mann ohne zweifel wohl aufbringen. Jedoch wo das nicht würde seyn, so ist noch ein barfüsser von der observanz vorhanden, Conradus Pelicanus genannt, der hält sich, als ich meine, zu Rufach im Elsass, daher er gebürtig ist, könnte gar wohl zu hoher schule im hebräischen lesen und lehren. Den möcht ew. f. g. anders nicht zu der hand bringen, denn durch der barfüsser obern dieser lande. Ich glaube, sie würden ew. f. g. ihn nicht versagen; was ihr wiederum zu gnaden darum thätet, das hätte seinen bescheid. Man fände vielleicht sonst getaufte Juden, wer dess gute erfahrung hätte; aber, führwahr, wenn sie nicht in lateinischer zunge gelehrt sind, so könnten sie uns künstlicher weise in regeln nicht lehren, denn in teutschen landen empfahen die Juden ihre sprache allein aus gewöhnlichem brauch, wie so unser einer welsch lernt, das aber uns nicht so möglich ist, sondern wir müssen das hebräische erstlich durch regeln, und darnach durch viel lesen der bücher, gleichwie die lateinischen und griechischen zungen überkommen.

Die andern sprach halb, griechisch genannt habe ich mich unterfangen, zu vollbringen euer besonders getrauen, das ihr gnädiglich zu mir habt und bin in willen meinen gesippten freund, den ich von seiner jugend auf solche sprache unterwiesen und gelehrt habe, an das ort zu schicken, wie gern ich ihn noch bei mir behalten wollte. Aber Gott wollte dass ich es in eigener person, leibes und alters halben zuthun vermöchte, so wollte ich ew. f. g. zu ehren und gefallen in beiden sprachen, griechischer und hebräischer, selbst den anfang und den zulauf aus andern ländern machen. So mir aber der weg zu fern und zu schwer ist, will ich ew. f. g. und die löbliche universität nichts desto minder mit

1 Cardinalsv. Gurk] Matthäus Lang.

meinem lieben vetter obgedacht, meister Phillips Schwarzerd, sehr wohl versehen, den ich doch der hohen schule Ingolstadt versagt habe, denn er ist zu Tübingen ehrlich und wohl, auch seines solds halber nützlich gehalten und versehen und hat daselbst ein ehrbar auskommen. Aber deß alles unangesehen er mir bewilligt, in dieser sache zu thun was ich ihm heisse. Darum wird er auf e. f. g. gut vertrauen und mein befehl gen Wittenberg kommen, der hoffnung, nutz zu schaffen und ehre einzulegen der stadt und der hohen schule.

Der bestallung halb, in ew. f. g. brief gemeldet, kann ich mit ihn keine abrede thun, denn ich hab deß kein wissen, wie einer mit einem diener zu Wittenberg möge haushalten. Aber das hab ich von e. f. g. wegen mit ihm beschlossen, werde er nicht angenommen, dass er sich dann wieder zu mir füge, so werde doch e. f. g. ihn dieses wegzugs halber hin und her schadlos halten.

Nun, gnädigster fürst und herr, ist wohl noth, dass sich magister Philipps zu dem hinziehen rüste, und alle seine bücher mit ihm bringe, denn ohne viel bücher besonders in der hohen schule, kann niemand recht weder lehren noch lesen. Darum hat er ihm vorgenommen, in nächstkünftiger messe zu Frankfurth mit den kaufleuten eures landes seine bücher hinein gen Wittenberg zu verfertigen, und mit den kaufleuten zu reuten, nachdem er des wegs und der orte unbekannt ist. Von desswegen geht an e. f. g. meine bitte, sie wollen einen kaufmann, euch verwandt, den befehl geben, sich des mannes in e. f. g. namen zu unterfahen, und in gesellschaft des wegs anzunehmen, auch ihn und seine bücher wohl versorgen, dass er mit den seinen möge sicher zu e. f. g. kommen. Man wird ihn die nächstkommende Frankfurter messe daselbst um des heiligen kreuzes erhöhungstag in der büchergasse bei meister Thoman Anshelm, druckherrn und bücherverkäufern von Hagenau, finden. Wessen sich aber derselbe e. f. g. unter der weile würde bedenken und berathen, das wollet mir zeitlich zu wissen thun bei gewisser bothschaft uns beiden darnach wissen zu richten.

Fürder als e. f. g. mich fragen lässt, wie meine sache der predigermönche halber gestellt sey, schick ich hiermit

bittet ihn um rath. Er habe von seinem procurator aus Rom (13 Jan.) einen brief bekommen, dass die gegner durch den cardinal Domenico Giocobazzi die nichtigkeitserklärung des Speierer processes zu erreichen suchten. Sickingen habe geschrieben, dass die Dominikaner noch einen monat frist zur beilegung des streites mit Reuchlin erlangt hätten. Gelänge eine beilegung in diesem monat nicht, so wollten sie sich einem am 11 März zusammentretenden schiedsgerichte unterwerfen. Diesen vertrag habe er bestätigt, fürchte nun aber nachstellungen der gegner und habe nach Rom geschrieben, dass man wegen der begonnenen verhandlungen dort die sache ruhen lassen möge.

Gedruckt: 1 = Goldast, Pirckh. opp. s. 262; 2 = Majus, s. 510 sq.; 3 = Böcking, Hutt. opp. s. 441 sq.

CCXC.

Ingolstadt. 29 Febr. 1520.

Joannes Reuchlin an Pirckheimer

habe seinen rath [1] befolgt und die ganze verhandlung mit den mönchen Sickingen übertragen. Spero illum Herculem ponere nequitiis modum. Vor ihm solle am 2 Mai die friedliche zusammenkunft statthaben. Am heutigen tage sei er mit 200 gulden gehalt als professor des griechischen und hebräischen angestellt worden, am 1 März werde er zu lehren beginnen. Tu vale feliciter et me principem Siciliæ Dionysum Corinthi puerilia docentem spectato. Anglopoli, prid. Cal. Mart. 1520.

Gedruckt: 1 = Goldast, opp. Pirckh. s. 262 sq.; 2 = Böcking, Hutt. opp. s. 442 sq.

CCXCI.

Wittenberg. 18 März 1520.

Philippus Melanchthon an Reuchlin

wünscht glück zu der professur, die von keinem würdigeren verwaltet werden könnte und freut sich, dass die bairischen fürsten in der begünstigung der wissenschaften den sächsischen nachfolgen. Seinen wunsch aber, nach Ingolstadt zu kommen, könne er, obwol ihn seine sehnsucht, das verlangen nach bibliotheken und dem umgange mit gelehrten männern hinzögen, nicht erfüllen, wegen des versprechens, das er dem sächsischen fürsten gegeben habe. Nicht irgendwelche begierde halte ihn, sondern seine pflicht, der wirkungskreis, in dem er sich ungemein wohl fühle, die freundesschaar, von der er sich sehr schwer trennen würde. Consilii mei rationem tenes quod tuum erit, vel probare, vel refellere; in potestatem tui futurus sum, quidquid censueris sequar.

Dankt Joh. Eck, dass dieser ihm vergeben habe; es sei nicht seine absicht gewesen, ihn zu beleidigen; grüßt herrn von Wolfseck. 18 Martii 1520.

Gedruckt: = corpus reformatorum, ed. Bretschneider, vol. I, s. 149 sq.

*

1 Der brief, in dem Pirckheimer diesen rath aussprach, ist nicht erhalten.

CCXCII.

Ingolstadt. **12 April 1520.**

Johan. Reuchlin Phorcensis, LL. Doctor, Johanni Secerio, Lauchensi, amico syncero s. d. p.

Opto te gaudere ac esse salvum, amice omnium mihi desyderatissime, supra quam Oresti Pylades, Secerie mi anime, quam tecum vellem habitare, convivere colloqui. Me nunc ferres, arbitror, mortua uxore tua facilius, frena tibi non imponerem, lasciviam non corrigerem, alter apum rex carerem omni aculeo, dulcis tibi et blandus essem, quando liberæ conditionis [1] ac tuus evasisti. Sed heu ohe Bacenæ, ac jugum harcynium, Rhenus et Ister nos separant. Magnum chaos inter utrunque. Spero tamen, quod amor ille noster quo tam vehementer hucusque diliximus inter nos permaneat inseparabilis.

Sed quod ad rem præsentem attinet. Fugi pestem, fugi gladium [2], et dum cælum sævit, elementarius senex literas Anglopoli doceo non ut Siciliæ princeps ille, quem inopia egit Corinthum, ut pueris quotidiana mercede literulas traderet. Ego enim nec amicis, neque re familiari, nec patria careo, sed amicorum meorum catalogo in dies numerum infinitum addo. Auditorium frequens colo exornoque diligenti mea doctrina, audiunt me discipuli prope quadringenti quotidie græce docentem et hebraice, nec opera mea desit, nec illorum attentio. Quare mitto Thomæ nostro Xenophontem in tribus opusculis: in apologia, in Agesilao et in Hierone, ut tu quamprimum posthabitis rebus omnibus eum græce perquam diligenter concinnes et imprimi facias.

Erit profecto lectioni nostræ commodissimus Xenophon et multum honori conferens, quippe laudatus plurimum a laudatis viris. Cujus sermo est ille quidem melle dulcior, ut in Oratore suo ad Brutum scripsit Cicero [3] a Xenophontis voce Musas quasi loquutas ferunt. De quo Institutionis oratoriæ libro decimo Quintilianus [4] sic ait: „Quid ego commemorem

*

1 Condictionis l. 2 Vgl. oben nro. CCLXXXV. 3 Lib. II, cap. 14.
4 Lib. X, 1, 82.

Xenophontis illam jucunditatem inaffectatam, sed quam nulla affectatis consequi possit, ut ipse sermonem græcis finxisse videatur, in cujus labris sederit quædam persuadendi dea.“ Quare a priscorum eruditissimis ἀττικὴ μέλιττα cognominatur. Suida [1] teste et hoc a multis ætate nostra scriptoribus distare cernitur, quod voluit intelligi.

Ut igitur auditores mei, quorum ingens est et in dies augetur numerus, libellos habeant quisque suos a me sibi prælegendos, tu mi Joannes, ad illorum et aliorum ubique gentium studiosorum utilitatem ea Xenophontis opuscula florentissimi Thomæ Anshelmi amantis nostri formulis excudi haud negligenter cures. In te nanque situm est, emendata exeunt in publicum an mendosa. Quare omnibus scholasticis græcarum literarum studiosis rem gratissimam facies, si prodeant castigata. Vale fœliciter, et me tui expectatione ocio committere noli. Anglopoli, pridie Id. Apriles. Anno 1520.

Gedruckt: = s. nro. CCXCIII.

CCXCIII.

(Hagenau.) (nach 12 April 1520.)

Viro prudentia et facundia pari, Johanni Reuchlin Phorcensi LL. Doctori, Johannes Secerius Lauchensis s. d. p.

Nihil vero suavius mihi, nihil amœnius accidere potuit, hac potissimum tempestate, quam te virum adeo nobilem, et authoritate summa tantopere desyderio mei capi. Qui cum sim præter imperitiam ad cætera male sollers, nihil video in me tale, quod usque adeo permovere queat judicium atque voluntatem animi tui. Ni forsan eo usque tibi conatus, quem hactenus non prorsus improspere suscepi [2] probetur, qui ob festivam ingenii tui comitatem mediocria etiam maximis efferre laudibus es solitus. Ego sane multis nominibus et habere et referre tibi gratiam debeo, qui in adversis consolaris amice, in prosperis confirmas humaniter, in utrisque virum præstas frugi et temperantem, exemplum mehercle ad studium et ornanda vitæ officia singulare.

Cæterum id quod tam solicite tu admonebas de Xeno

*

1 Suidas s. v. Xenophon. 2 Occepi 1.

phonte amœnitatis Socraticæ altero lumine, pro virili mea et quantum nobis vel per ocium, vel æstus atque caloris incommoda licuit, exhibeo. Certe solus ego effeci, hoc quicquid est, utpote qui in recognoscendo, omni ferme destitutus sum auxilio, cum nemo esset, qui inter legendum auscultaret mihi, adeo floret adhuc inter paucos studium linguæ græcæ. Quare sicubi peccavimus, vel inversione literæ, vel alia quavis ratione, tu mihi, rogo, des veniam. Nam ejusmodi provincia est, quam tot jam annis solus gero, ut sine collega haud facile queat administrari. Usus sum cura atque diligentia quampotui maxima. Vireo, si unum ex his deprehenderis tute. Nicolaus Gerbelius, homo comis et studiorum tuorum admirator summus, multa te salute impertit. Nam hunc diebus hisce proximis Argentorati convenimus. Cui cum literas ostendissem tuas, exiliit præ gaudeo. Vale fœlicissime, mi Capnion, decus meum. Anno 1520.

Gedruckt: = Xenophontis apologia, Agesilaus et Hiero. ed. Reuchlin. Hagenau 1520, a 1 bis 3.

CCXCIV.

Ingolstadt. 7 Mai 1520.

Joannes Reuchlin an Pirckheimer

entschuldigt sich, dass er so lange gezögert habe, das geliehene zurückzuerstatten und bittet um das wörterbuch des Hesychius und die grammatik des Älius Hadrian. Er habe morgens über Kimchis hebräische grammatik, abends über Aristophanes Plutus vor mehr als dreihundert schüler vorzutragen. De Francisco (Sickingen) meo, immo omnium literatorum, post ad te scribam, quando capitulum fratrum Dominicalium quod nunc Francofordiæ habetur, effluet; pollicitus is mihi est pacem veram [1]. Anglopoli, nonis maji, anno 1520.

Gedruckt: = Goldast, Pirckheimer opp. s. 261.

CCXCV.

Ingolstadt. 11 Mai 1520.

Joannes Reuchlin an Jacob Questenberg.

Jetzt könne Questenberg nach drei jahren ihm endlich ein

*

1 Vgl. darüber Reuchlin s. 447 ff. und die zusammenstellung bei Böcking, suppl. vol. II, s. 151 fg.

briefchen schreiben, denn jetzt bringe es keine gefahr mehr. Sickingen habe mit hülfe mehrerer ritter und rechtsgelehrten erlangt, dass die mönche sich verpflichteten, beim papste eine bulle zu erwirken, in der, unter ehrenvoller erwähnung Reuchlins, beiden parteien ewiges stillschweigen über die sache auferlegt würde. Er möge nun, mit hülfe des Ägidius von Viterbo, für eine seine unschuld bezeugende ausfertigung des breve sorgen. Anglopoli, 5 id. Majas. An. 1520.

Handschr. = Berliner mscr. fol. 46. Gedruckt: 1 = Friedländer, beiträge s. 88, 89. 2 = Böcking, Hutt. opp. I, s. 461 fg.

CCXCVI.

Ingolstadt. 31 Mai 1520.

Joannes Reuchlin an Pirckheimer.

Von einem besuche bei Kilian Leib in Rebdorf und Gabriel von Schaumberg in Eichstädt zurückgekehrt [1], habe er einen brief Sickingens erhalten, worin dieser über die von den mönchen erlangten zugeständnisse nachricht gebe. Schickt die geliehenen 30 goldgulden zurück, hat dem Erasmus Santbach, dem geschäftsführer Joh. Kobergers [2], 11 gulden für eine hebräische bibel und den Hesychius bezahlt. Er möge ihm mittheilen, ob er das geld erhalten habe, interea enim regionis tuæ mihi sunt mores formidandi [3]. Vale, prid. kal. Junias, a. 1520 Anglopoli.

1 = Goldast, Pirckheimer opp. s. 263; 2 = Majus, l. c. s. 512; 3 = Böcking, Hutt. opp. suppl. I, s. 448.

CCXCVII.

Coloniæ. 8 Nov. 1520.

Erasmus Roterodamus an Reuchlin

freut sich, das dass gerücht von Reuchlins tode nicht wahr sei, bedauert die lutherische tragödie, hat immer versucht, die reuchlinische angelegenheit von der Luthers zu trennen und hofft, dass Reuchlin in dieser traurigen lage tröster genug haben

*

1 Vgl. Reuchlin s. 469. 2 Vgl. O. Hase: die Koberger, buchhändlerfamilie in Nürnberg, Leipzig 1869, bes. s. 18 bis 20. 3 Bezieht sich auf die reformatorischen neuerungen, die in Nürnberg damals platz zu greifen begannen.

werde, um seines trostes entbehren zu können. Wären die begünstiger der wissenschaft in Deutschland einig gewesen, so wäre es vielleicht nicht zu solchem aufruhr gekommen. Der bischof Joh. Fischer grüße ihn und wolle ihn besuchen. Coloniæ 8 Nov. 1520.

Gedruckt: 1 = Erasmi opp. Basil. 1521, s. 489; 2 = Erasmi opp. Bas. 1529, s. 454; 3 = Erasmi opp. ed. Lugd. Bat. 1703, vol. III, col. 589 fg., nro. DXLI.

CCXCVIII.

(Ingolstadt.) 3 Jan. 1521.

Joannes Reuchlin an den kurfürsten Friedrich von Sachsen.

Hochstraten habe, trotz anderweitiger verpflichtung der predigermönche, in Rom eine nichtigkeitserklärung der Speierer entscheidung erwirkt, weil der rathschlag im augenspiegel „ergerlich und den Juden günstig" sei. Die anklage auf ketzerei haben sie fallen lassen, daher sei ihnen auch eine beabsichtigte verbrennung des augenspiegels bei hoher strafe verboten worden, deswegen gehöre die sache nun vor den weltlichen richter, vor den kaiser. Bittet den kurfürsten, ihm von dem kaiser ruhe zu verschaffen. Dat. des dritten tags Januarii 1521.

Gedruckt: = Ulmann, Franz von Sickingen, Leipzig 1872, s. 406 bis 408, nro. V. „aus dem ernestinischen gesammtarchiv".

CCXCIX.

Ebernburg. 22 Febr. (1521.)

Ulrichus ab Hutten Jo. Capnioni s. d.

Legi epistolam tuam ad Bavaros [1], quibus accusationi Leonis X [2] respondes. Dii immortales quid ego video? te eo metus et imbecillitatis descendere ut non abstineas maledictis etiam adversus eos qui te servatum voluerunt, aliquando etiam magno cum periculo existimationem tuam defenderunt. Franciscus [3] quidem sic est, me interpretante illi, commotus, ut

*

1 Die baierischen herzoge, Reuchlins beschützer und damalige landesherrn. Der brief nicht erhalten. 2 Reuchlins verurtheilung? 23 Juni 1520 s. Reuchlin, s. 451. Die antwort Reuchlins vielleicht seine appellation Reuchlin s. 452, a. 4. 3 Sickingen.

non possit magis. Nam quid tum obtenturum te apud eos, a quibus æqui bonique nunquam impetrare aliquid potuisti, speras, si sit in tua hac potestate, ut Lutheri caussam interficias? Novem jam annos continuos non didicisti, quid eblandiri ab iis liceat? Quod si Lutheri improbatio possit etiam eripere istinc te, tamen honestum non arbitrarer eas te partes oppugnare, in quibus stare vides eos, quibuscum, nisi ingratissimus esse velis, sentire in re honesta semper debes.

Satis superque fuerat pro defensione tua scribere, nihil fuisse tibi cum Luthero unquam, hoc et Erasmus scripsit, addis causam te ejus improbasse semper, ægerrime tulisse quod tuum nomen in illius scriptis inveniatur, conatum etiam abstrahere nos qui illi adhæreant. Hac tam fœda adulatione speras exorare eos, quos si vir esse velis non debeas salutare etiam amice, tot tam infandis modis pessime de te meritos. Sed exora, et, si per ætatem licet, hoc etiam fac, quod tantopere posse velles, ut Romam abiens Domini Leonis pedes osculeris, adde etiam quod detrectas minime, ut in nos scribas. Tamen videbimus, ut, vel invito te, et cum impiis curtisanis reclamante, excutiamus turpe jugum et a fœda servitute (quam tu libenter serviisse semper te, quasi hoc te dignum fuerit, jactas) nos vindicemus.

Tibi displicet Lutheri negotium, et illud improbas, vellesque extinctum. Non venit in mentem tibi fortis viri tui propugnatoris Francisci, non mei qui non in postremis pro te steti, etiam tunc cum maxime et periculosissime arderet hoc incendium. Non aliorum qui te manu et ore, cum quia tui misererentur, tum etiam quod viderunt communem literarum causam cum tua ista conjunctam, tutati semper strenue sunt. Has tu partes impugnare velis, si possis etiam nulla bona conscientia, sed ut admisso hoc facinore illud impetres, quod si offerretur etiam an accipere velles, dubitare debeas, et quod etiamsi perpetuo aduleris (modo certe novi istos) tamen non obtinebis.

Sic Francisci ope diffisus es! Sic bonorum omnium pro te cura desperasti! Neque si tu anima et sanguine deficias, nobis esset quantum satis fuerit ad te servandum arbitratus es. Pudet me quod multa scripserim, multa fecerim, cum tu

causam hanc, in qua tam fortiter exerciti sumus, sic turpi fine concludas. Hæc nolui ignorare te. Tu vide quod te deceat, an benefactoribus gratum esse, quam per turpitudinem demereri eos tibi, qui te perditum semper voluerunt, præstet. Me quidem, non tantum si oppugnabis unquam Lutheri causam, sed et si te sic pontifici Romano submittas, habebis valde abs te dissentientem. Vale ex Ebernburgo, 8 calend. Martii [1].

Gedruckt: = Böcking, opp. Hutt. suppl. vol. II, s. 803 fg.

CCC.

Ingolstadt. 11 April 1521 [2].

Joannes Reuchlin Phorcensis LL. Doctor Joanni Forstero Augustano philosophiæ magistro s. d. p. [3]

Quam molesta mihi res est, dilectissime vir, a tuo et

*

1 Ich habe, der wichtigkeit dieses briefes wegen, denselben abdrucken lassen, trotzdem dass er schon bei Böcking, freilich hier zum erstenmale, steht. Ich habe ihn nur Jo. Reuchlin, nachtrag s. 456 benützen können, vgl. Strauß, Hutten, 2 aufl. s. 367 fg. 2 Johann Förster oder Forster, geb. 1496, 10 Juli in Augsburg, in Wittenberg gehülfe Luthers an der bibelübersetzung, 1535 als prediger in Augsburg, 1541 nach Tübingen, in demselben jahre nach Nürnberg, 1542 nach Regensburg geliehen, um die reformation einzuführen, 1543 aus demselben grunde ins Hennebergische gerufen. Nach kurzer thätigkeit in Sachsen kommt er 1548 als professor der hebräischen sprache und theologie nach Wittenberg, wo er 1556 8 Dec. starb. Sein hebräisches lexikon ist seine bedeutendste wissenschaftliche leistung. Will, Nürnberger gelehrtenlexikon I, s. 451 bis 455 und die abhandlung von Förster in zeitschrift für historische theologie 1869, s. 210 bis 238. Über verdienste im hebr., s. m. schr.: das studium der hebräischen sprache, s. 97 bis 102 und 136 fg. Über Reuchlin und seine beziehungen zu Forster schreibt der rektor der Wittenberger akademie (Melanchthon?) bei gelegenheit der beerdigung Forsters, 9 Dec. 1556: in academia Bavarica Capnionis auditor fuit, qui cum in illa senecta et postremo vitæ actu, cum attigisset annum septuagesimum (richtiger das 65), diu antea sponte relictis aulis, non ut Laërtes se in agro abdidisset, sed in academiam invitatus a duce Bavarico secessisset, maxime delectabatur studiis juniorum. Ut igitur quisque maxime cupidus erat discendi e plurima sciscitabatur, ita illi maxima comitate respondebat et libros dabat utendos. Erat igitur Capnioni inter auditores familiarissimus Forsterus, quia majus erat ejus studium, quam aliorum. Corpus reformatorum VIII, col. 919. 3 Adresse mit grossen buch-

aliorum studiosissimorum [1] auditorum meorum præsentia recedere. Cum enim in tanta tam hebraicæ quam græcæ linguæ discipulorum frequentia assiduo studio [2] indefessas mihi aures præbueris, tum unus omnium in lingua hebraica plurimum sudasti, ut dignus mihi visus fueris cui publici auditorii pulpitum concesserim. Quare perge incumbendo bonis literis [3] et doctrinæ a me prælectæ; sic enim in virum literatissimum et linguarum ornatissimum interpretem, Deo aspirante, cæteris commodo et utilitati futurus evades. Vale feliciter. Anglopoli [4] 3 idus Aprilis anno Domini 1521.

Gedruckt: 1 = DICTIONARIVM HEBRAICVM NOVVM NON EX RABINORVM COMMENTIS NEC EX NOSTRATIVM DOCTORVM | stulta imitatione descriptum sed ex ipsis thesauris sacrorum bibliorum | et eorundem accurata locorum collatione depromptum cum phrasibus | scripturæ veteris et novi testamenti diligenter annotatis | autore Joanne Forstero Augustano ...... | BASILEÆ MDLVII. fol. | a 2. 2 = Joan. Bismarci vita et res gestæ præcipuorum theologorum ... Halæ Saxonum 1614. O 1b. 3a = Adam, vitæ theologorum. Heidelberg 1615 s. 303. 3b = id. Francofurti 1706. s. 146. 4 = Majus, vita Reuchlini, s. 542. 5 = Georg Theodor Strobels vermischte beiträge zur geschichte der literatur. Nürnberg bey Martin Jakob Bauer 1775, s. 133.

CCCI.

Venedig. 23 Sept. 1521.

Daniel Bombergus [5] Joanni Reuchlin Phorc. legum doctori S. d.

Petiisti a me, ut uno volumine Psalmistam cum Salomonis proverbiis et Ecclesiaste in Enchiridii forma cum accentibus impressum ad te mitterem, quod medius fidius libenter effecissem nisi me Talmud [6] opus certe magni et labo-

*

staben 1. Dn. Joanni Forstero Augustano philosophiæ magistro S. P. D. Joan. Reuchlin 3 bis 5.

1 Doctissimorum 3ab bis 5. 2 Studio ausgelassen 3b. 3 Literis ausgelassen 3b, statt literis studiis 3a bis 5. 4 Angelopoli 3ab bis 5, futurus ausgelassen 2, 3ab bis 5. 5 Daniel Bomberg aus Antwerpen, der Aldus im drucken hebräischer werke, druckt in Venedig 1516 bis 1548. 6 Die ausgabe des babylonischen Talmud erschien bei Bomberg in 12 bänden 1520 bis 1523. Vgl. Wolf a. a. O., vol. II, s. 896 bis 899.

ris et impensæ, mihique a Summo Pontifice demandatum, tuis vetuisset desideriis satisfacere, quoniam non sine meo magno incommodo (dum Talmud est in manibus) quod rogasti posset expediri. Hoc [1] tamen nunc solum ad de mittitur, reliqua vero alias, Deo dante, commodius excudentur. Nunc autem ingratus et inhumanus mihi videar, nisi tuum nomen, quantum in me est, æternitati mandandum curem, ut, quod tuis jussis cœptum est, tuis etiam, quamvis multo plures ac majores merearis, laudibus absolvatur. Quem enim patiuntur tuæ virtutes præclarissimæ tuum silentio nomen prætermittere, quum de hebræis græcisque literis, ut late patet, sis adeo [2] bene meritus, quod justius dici potes aliis natus, quam tibi ipsi. Nam alienam tuæ semper utilitatem prætulisti, tua enim industria tuisque vigiliis multa perutilia, quæ a tetro tenebrarum carcere claudebantur, in lucem prodierunt, eaque nunc ubique videntur et lectitantur. Sed, quo progredior nimis audax, tuas dum conar laudes enarrare, deterens, quas nedum Fabius ille facundissimus se speraret explicaturum. Vale. Venetiis nono Kal. Octobr. 1521.

Aus: = Psalmi ed. Bomberg Venet. 1521 bei: = Christoph. Wolfii bibliotheca hebræa. Hamburg 1733, vol. IV, s. 142 sq.

CCCII.

Stuttgart. 25 Dec. 1521.

Clarissimo jurisconsulto et equiti strenuo D. Gregorio [3] Lamparter, a Greyphenstein, Caroli Cæsaris ejus nominis V, consiliario inter primos dignissimo, domino et Mecœnati insigniter observando, Johannes Reuchlin Phorcensis LL. Doct. s. d. p.

Etsi unus ex omnibus tuis is sum qui plus cæteris officiossimam in republica gerenda magnanimitatem tuam cui summa Imperialium rerum creditur admirer et collaudem, ta-

*

1 Hoc] nämlich die psalmen. 2 Ad eo Wolf. 3 Gregor Lamparter, geb. in Biberach 1463, in Tübingen gebildet, rath der würtembergischen grafen und herzoge, später rath Maximilians, starb in Nürnberg 1523. Seine thätigkeit bei der niederhaltung des bauernaufstands: der arme Kuntz 1514 ist hauptsächlich bekannt. Adam vitæ Jureconsultorum Heid. 1620, s. 26 sq.

men sæpe tui causa metuo, ne multitudine civilium negotiorum frangaris, nisi aliquando laboris duriciem humaniore quodam studio laxes. Quare si quid est in me consilii, Lamparthe, quod sentio quam sit exiguum, optarem plurimum, ut quolibet tempore vel horam quantulamcumque a plebejo strepitu et aulica servitute in animi quietudinem te vindicares et quandam haud injocundam libertatem.

Hoc cum dicerem, putavi te intelligere quid velim, scilicet, ut non omisso sed intermisso populari negotio te quandoque summarum et divinarum rerum lectioni mancipares, in qua, ni fallor, caput est pacis et suprema tranquillitas. Fecerunt ita maximi rerum publicarum gubernatores. Ille quondam Moyses quo fuit nemo Imperator et diuturnitate temporis et militum copia unquam major ascendit solus in montem, ut cum deo loqueretur; Minos, Cretensium Rex, ad Jovem se in antrum corripuit; Numa, Pomponii filius, Romanorum regnator, cum Egeria interdum consilia seorsum comunicavit. Quibus religionibus et labores sublevabant et populo maximi apparebant. Unde quies hæc et recessus in se nomen divinitatis habuit.

Quod ut imiteris jeci prima fundamenta. Nam hanc de nativitate domini orationem [1] a Proclo Cyzicensi Episcopo quondam Constantinopoli habitam e græco in latinum per me fideliter translatam uni tibi, uti de me saluteque mea bene meritus es, dono, do, lego ut legas, quæ in concilio generali ecclesiæ catholicæ tertio Ephesi a trecentis patribus laudata et approbata omnium consensu fuit. Idque tanto feci majore studio, ut ea omilia in festo nativitatis Domini tuis offerretur

*

1 Darüber sagt der sohn des Gregorius Lamparter, Hieronymus Mosbachensis præpositus, der herausgeber dieser schrift in seiner widmung an könig Ferdinand: Hanc orationem Cyzicensis episcopi Procli de admirando τοῦ σωτῆρος nostri partu, nuper in bibliotheca charissimi parentis mei D. Gregorii Lamparther a Greyphenstein inventam, sub tuæ majestatis cum nomine tum numine quoque invulgari volui. Quam orationem, vel ut authori ipsi adpellare placuit ὁμιλίαν olim trium præcipuarum linguarum incomparabilis adsertor Reuchlinus e græco versam, parenti meo et inscripserat et tanquam longe pretiosissimam, non e Taprobane non ex India, sed e fœcundissimo literarum græcarum oceano collectam donarat margaritam A iib (der brief ist aus Tübingen 1 Jan. 1529).

obtutibus, quanto ampliore fulcitur Virginis dei genitricis præconio, cujus ego non adulator ut aliqui nugigeruli, sed vere laudator esse cupio. Erit autem voto meo quædam accessio gaudii longe maximi, si sensero, munusculum hoc quod non in Kalendarum strenam sed amicitiæ Xenium tibi tuoque nomini dedico placuisse ut in parvo speculo magnum donantis affectum conspiceris. Vale fœliciter Kl. Januarias. Anno 1521 [1] Stutgardiæ.

Gedruckt: = Sermo Procli Cyziceni ed. Reuchlin o. O. u. J. 4⁰ A 4.

CCCIII.

Tübingen. 13 Jan. 1522.

Johannes Reuchlin Phorcensis, artium liberalium magister et imperialium legum doctor, Thomæ Anshelmo, præstanti librario s. p. d.

Cum e Bojorum Angelopoli, antiqua divi Claudii colonia, quam cognoscendarum principalium linguarum documentis publice illustrabam, vi sævæ pestilitatis essem redire coactus, in patriam tandem bene pacatam, ubi jam tum seditio fames luesque cessaverant et in nomen Caroli V Romanorum Imperatoris electi juratum fuerat, constitui mecum ipse, me et fatigatum laboribus, et annis fessum, quod ætatis daretur reliquum [2] id in libera quiete consumere, ac Epimenidis velle somnum dormire. Quandoquidem videbar mihi ab optimarum doctrinarum osoribus, illis librorum incendiariis ac invisoribus meis, qui omnem exuperantiam virtutis oderunt, satis superque vel usque ad tædium et nauseam vexatus et ab eadem gente Pharisaica, quæ (in malam rem) nostra pollet ætate, ac omnia polluit, tanquam Hebraicarum literarum protomartyr immolatus tortus, tostus, laniatus et laceratus, cum nonnullorum applausu, quos infelicitas genuit, improbitas aluit, adulatio sustentavit et avaritia in altissimos provexit gradus. Decreveram igitur extra turbam, contempta plurimorum conversatione, contempta etiam paucorum, otio meo secrete per frui, quo nihil esse dulcius literato duxi. Et poteram tum id quidem liberrime.

*

1 Dass dies der 25 Dec. 1521 sein muss, ist klar; 1520 war Reuchlin um diese zeit noch in Ingolstadt. Der aufenthalt in Stuttgart ist wol nur ein gelegentlicher von Tübingen aus. 2 Reliquium 1.

At vero ubi essent Tubingenses nostri politiorum literarum strenui milites, adventum meum subodorati, misit academia tota suos ad me legatos, certe viros et numero et dignitate spectabiles, atque summo in statu sublimes, qui universitatis mecum nomine agerent orarentque ut, quod in Bojis hebraice græceque nuper cœpissem, id deinceps inter Suevos, meos scilicet conterraneos, perficerem, proposita simul de publico ærario stipe honorifica mihi quotannis præstanda [1]. Quorum sermone, ut qui esset a prudentibus hominibus exortus, facile commonebar, quid majores de patria cuique sua præceperint animadvertere. Benefaciundum videlicet patriæ, pugnandum pro patria, et senibus nobis moriendum in patria, ut unde vitam eduxeris illuc saltem corpus reponas. Honesta hæc ratio putabatur consilii mutandi, quod potius fomentum desidiæ, quam literarum otium nutrire dicebant. Quid tum eis facerem? placuit utrinque conditio.

Locavi Tubingensibus græcarum et hebraicarum literarum operas et hoc semestri toto puerilia imparis disciplinæ studia nostris auditoribus exposui, diversarumque linguarum et commoda et firma jeci fundamenta, cuique facultati sua. Professus enim frequenti sum auditoris in cathedra doctorum, et de pulpito, doctissimum Hebræorum grammaticum, Rabi Mosen Kimhi [2], quod volumen, quanquam a multis fuerat tam Judæis quam Latinis ante visum, tamen cum in meam incidit prælectionem, tot scatebat mendis, ut in castigando discipuli plus temporis dimidium perdere cogerentur. Nihil absimile nobis tunc de Chrysolora contingit, apto græce initiandis Grammatico, cujus scriptionis errata non parvo labore inter docendum castigavimus, ne indoctos abortarem filios. Restare nunc videter, ut post navatam elementariis disciplinis operam in utraque lingua et hebraica et græca, solidiore auditores meos pascam cibo. Et cum sint primarum ætatum ingeniis atque (ut libere loquar) omnibus incipientibus, optima et eorum quidem candidissima quæque proponenda, quæ non prodesse tantum, sed etiam amari possint, profitebor deinceps

1 Über Reuchlins aufenthalt und lehramt in Tübingen s. Reuchlin, s. 470 fg. 2 Kimchi 1.

in Gymnasio Tubingensi Biblia hebraica, insignem illum 24 voluminum librum, quem nobis Daniel Bombergus Judaicorum codicum artificiosus impcessor nuper magno numero e Venetiis venalem misit, sine quo eam linguam nemo vel docere vel discere potest. Addam porro, si adjutus per te fuero, Thoma Anshelme, typographorum ornatissime, Demosthenis et Aeschinis summorum Græciæ oratorum prælectionem in lingua Græca, qui autores splendidissimis Latinis plura ornamenta suppeditabunt, consuetudinem quandam eleganter jucundeque dicendi afferentes.

Quare pro veteri nostra inter nos amicitia, conjunctione, ac necessitudine te peto, integerrime amicorum, velis in omnium græce studiosorum utilitatem et profectum, quin et in tui fructum non mediocrem, ambas Aeschinis et Demosthenis orationes, adversum se habitas, nobili tuo charactere græco quam emendatissime et græcissime, quantocyus fieri poterit, imprimere, atque sine mora Tubingam ad nos mittere græca fide, hoc est, recepta mercis loco parata pecunia, quam si et pollicitis meis fidem habes, sequetur omnium scholasticorum singularis erga te benevolentia cum laudum tuarum immortalitate. Feliciter vale. Tubingæ Idibus Januariis, Anno Millesimo quingentesimo vigesimo secundo.

Gedruckt: = Majus, vita Reuchlini s. 516 bis 519.

CCCIV.

Venedig. 22 Jan. 1522.

Dan. Bombergus Jo. Reuchlino Phorcensi LL. doctori S. D.

Etsi Talmud et Rab Alphes [1] impressione præpeditus, nedum hinc ad septem menses, me sperabam tuis posse desideriis respondere, quibus tunc ultimam, ut spes est, sumus manum imposituri. Vicit tamen, quod videbatur difficillimum ac minime tentandum, magna, qua tecum connexus sum, benevolentia, hacque coactus non potui, quin tuis jussis obtemperans gravis licet obstaret Talmud et Rab Alphes et opera et

*

1 Rab Alphes] die Halachot des Alfasi, ein halachischer auszug aus dem Talmud, erschien bei Bomberg 1521 bis 1522, vgl. Steinschneider, catalogus librorum hebræorum in bibliotheca bodlejana, Berlin 1852 bis 1860, vol. I, col. 1089.

impensa Salomonis proverbia, Canticum Canticorum et Ecclesiasten in enchiridion simul, ut jussisti, noviter cum accentibus excudendum curarem. Nam quid tam arduum, quidve tam operosum mihi potest objici, quod, te jubente, herculea audacia non aggrediar, nec clam me est, quam mihi sit et tutum et utile, tuis justissimis petitionibus satisfacere. Quod igitur a me per literas [1] petiisti, quamvis ad hunc usque diem distulerim, nunc ad te missum tanto libentius accipies, quanto me fateor id ardentius exegisse. Quis nunc mihi, ut hic locus erat, maximas et plurimas laudes satis commemoret, quæ tibi procul dubio debentur, sed ingenii mei imbecillitate non exsolvuntur, exactum autem putetur, quod, si possem, libenter darem. Tu enim, taceo cætera, pro sacræ linguæ instauratione quid non fecisti, ut non immerito alter ejus pater sis appellandus. Vale Venetiis 11 Kal. Februarias 1522.

Aus: = PROVERBIA, CANTICVM et ECCLESIASTES hebr. ed. Bomberg, Venet. 1522 bei Wolf, bibliotheca hebræa, vol. IV, s. 143 fg.

*

1 Per literas] der brief Reuchlins ist nicht erhalten.

ANHANG.

Nachdem das manuscript der vorliegenden sammlung längst zum druck abgegeben war, konnte ich, durch die mir bereitwilligst gewährte unterstützung des k. preußischen cultusministeriums, eine wissenschaftliche reise nach den bibliotheken der Schweiz und Italiens antreten. Wenn ich auf derselben auch weitere pläne verfolgte, als diejenigen, deren ausführung diese briefsammlung gewidmet ist, und wenn ich auch die reise, durch einen tiefschmerzlichen verlust gezwungen, viel früher als ich beabsichtigt hatte, unterbrechen musste, so konnte ich doch die stücke unserer sammlung um 12 neue, bisher ungedruckte, überhaupt gänzlich unbekannte vermehren.

Von diesen sind nur 2 mit sicherheit als autographen Reuchlins anzunehmen (nro. LXVI^b^ und LXXXIV^a^). Ich fand sie in der Biblioteca ambrosiana zu Mailand im ersten bande der correspondenz des berühmten buchdruckers Aldus Manutius, in einem bande, der namentlich an autographen italienischer gelehrten reich, auch von deutschen einzelnes bietet, was von mir in einer kleinen abhandlung ausgebeutet worden ist (Aldus Manutius und die deutschen humanisten, in: zeitschrift für deutsche culturgeschichte 1875. s. 112 bis 124 und G. G. A. 1875 s. 877 fg.).

Alle übrigen stücke rühren in der form, in der sie uns vorliegen, nicht von Reuchlin, sondern von verschiedenen schreibern her und stammen aus verschiedenen zeiten.

Von diesen stücken habe ich selbst nur die 5 nummern (I^a^, I^b^, I^c^, I^d^, I^e^) abgeschrieben. Sie befinden sich alle in einer handschrift der vadianischen (städtischen) bibliothek zu St. Gallen nro. 469, welche von dem cataloge als studienheft aus dem 16ten jahrhundert bezeichnet wird. Die handschrift, eine papierhandschrift aus dem 15ten jahrhundert, nicht paginiert, zum grossen theil von der hand Sebastian Brants geschrieben, enthält ausser den unten mitgetheilten und den s. 348 a. 1 angegebenen stücken viele briefe, excerpte und gedichte

Sebastian Brants, von welch letzteren ein theil noch ungedruckt ist. (In dieselbe handschrift eingebunden ist die epistola invectiva Bernhardi Occhini, in qua vita et res gestæ Pauli tertii, pont. max. describuntur; von ganz anderer, späterer hand.)

Von den fünf dieser handschrift entnommenen stücken gehört eines (nro. I[a]) streng genommen dieser sammlung nicht an; doch glaubte ich bei diesem ungedruckten stücke, das, der zeit seiner abfassung und seinem inhalte nach, durchaus zu den andern derselben handschrift entlehnten nummern gehört, die enggezogenen grenzen etwas erweitern zu dürfen.

Die nummern XXXVII[a], LXXII[a], CXVII[a], von denen gleichfalls eine (nro. XXXVII[a]) weder ein brief ist, noch selbst die briefform hat, fand ich in dem alten handschriftencatalog der öffentlichen bibliothek zu Basel verzeichnet. Da keine derselben aber mit einer signatur versehen war, so war es unmöglich, sie während meiner kurzen anwesenheit daselbst aufzufinden. Erst später gelang es dem herrn oberbibliothekar dr L. Sieber, dessen unermüdliche güte und echtwissenschaftlicher forschersinn allen benutzern jener bibliothek rühmlichst bekannt ist, derselben habhaft zu werden. Er hat sie mir sorgfältig abgeschrieben und zur verfügung gestellt, und diese, sowie namentlich die in St. Gallen aufgefundenen durch seine vortrefflichen bemerkungen erst recht benutzbar gemacht.

Dass der codex des Berner staatsarchivs epistolæ variæ XVII in 4° auch für die geschichte Reuchlins von werth sei, wusste man durch Böcking, der in Hutteni opp. supplementum vol. II s. 803 fg. den oben angeführten brief Huttens an Reuchlin (22 Februar 1521 nro. CCXXV) mitgetheilt hatte. Aus seinen oder richtiger aus Baums worten, welcher den erwähnten brief für Böcking abgeschrieben hatte, konnte man aber nicht entnehmen, dass zwei andere briefe Reuchlins in dieser handschrift enthalten seien. Ich erhielt diese briefe (nro. CCLXXX[a] und CCLXXX[b]) durch die güte meines freundes, des herrn professors Alfred Stern, der dieselben sorgfältig abschrieb und mit bemerkungen über den schreiber der handschrift versah. Diese betonen ganz besonders, dass die briefe keine autographen sein können und kommen im wesentlichen zu dem schlusse, zu welchem auch Baum a. a. o. (s. 804) gekommen war: „dass die abschriften entweder von Spalatin selbst, oder doch auf sein geheiß gemacht worden sind.“ Da mir die handschrift selbst nicht vorgelegen hat, so kann ich diese vermuthung weder be-

stätigen, noch verwerfen, will zwar nicht läugnen, dass ich nach der durchzeichnung der aufschrift und der anfangsworte des an Spalatin gerichteten briefes, welche Alfred Stern freundlichst für mich angefertigt hat, nicht abgeneigt wäre, diesen brief für ein autograph Reuchlins zu halten, kann aber diese vermuthung bei dem gewicht der gegengründe nicht aufrecht erhalten.

Alle 12 stücke scheinen mir des abdruckes durchaus würdig zu sein. Sie enthüllen entweder bisher unbekannte beziehungen Reuchlins oder geben sehr willkommene ergänzungen. Auch diese briefe habe ich, soweit es anging, chronologisch geordnet und durch sachliche anmerkungen zu erklären versucht. Den briefen habe ich ein paar nachträgliche anmerkungen folgen lassen, welche mir zum verständnis des in der sammlung zusammengestellten nicht ganz unwichtig schienen.

Ia.

Basel. 1477.

Oratio probatissimi Joannis Reuchlin.

Si quis vestrum, optimi celeberrimique viri, miratur, quid sit quod in tam ornatissimo consessu clarissimorum hominum illepidus ego velut [1] balbidus trepidus, velut infans ausim orationem de nostris baccalaureandis ad vos perferre [2] ac cur non pocius hoc onus dicendi colendissimo magistro [3] Jacobo Hugoni institutori meo venerabili [4] reliquerim? a quo suscepi Memoretum idem et Demostenem, in forum judiciali sæpius cum omni ridiculo jam illusum jam vituperatum verba contulisse quo magis et facundiam et dicendi audaciam consequeretur.

Est præterea in hoc novo dicendi munere causa mihi oblata facilior [5] non tantum ob eas personas de quibus sed et coram quibus verba sum utrumque facturus. Dicendum est enim tum de laudibus baccalaureandorum præsentium, tum apud vos, inquam, humanissimos benignissimosque viros, in quo mihi non tam multiplicandæ orationis quam restringendæ [6] modus exquirendus est. Itaque breviter ut unde causa laudationis inde et orationis proficiscatur. Veterum philosophorum unanimis est consensus omnium, arduam esse virtutis viam difficilemque ac laboriosum aditum ad probitatem; contra vero proclivem in vitia ruinam facillimumque factu, sese flagitiis immergere.

Hoc apud Maronem et eleganter et platonice Sibilla his versibus concinnit [7]:

*

1 Velud mscr. 2 So mscr. 3 Mrgo mscr. 4 Venerabilis mscr. bis zu diesem worte von anfang an unterstrichen. 5 So mscr., soll wol heissen: difficilior. 6 Restringendi: mscr. 7 Die folgenden verse, im mscr. nicht abgetheilt, roth unterstrichen.

Facilis descensus Averno [1]
(Noctes atque dies patet atri janua Ditis)
Sed revocare gradum superasque evadere ad auras
Hoc [2] opus, hic labor est.

Quod divinus quoque Pitagoras Y græca litera depingere solebat, cujus [3] ungula dextra in altum porrigitur viam indicatione virtutum arduam ac transitu difficilem, sinistra vero itineris viciorum index supina est et reflexa insinuans pronam ad mala facinora proclivitatem.

Cujus quidem picturæ pytagoricæ Persius quoque meminit in satyra [4].

Et tibi quæ Samios diducit littera ramos
Surgentem dextro monstravit limite callem

Terentius item Afer

Ingenium omnium hominum proclive est ad libidinem, hoc est ad vicia scilicet.

Quod cum ita sit, viri celeberrimi, paranda sunt nobis adjumenta atque auxilia, quorum ope hanc valeamus arduitatem superare. Id vero cum putarent hii baccalaureandi fieri non posse nisi per philosophiam, ad eam perdiscendam cæteris relictis summum studium contulere, ut in eorum numero possint facile computari qui propter studium sapientiæ quod philosophiam dicimus et cognatos et concives et possessiones, denique parentes et patriam relinquentes, diversa territoria, diversos populos, diversa maria peregrinati sunt ac transivere veluti Platonem memoriæ traditum est, qui ut varios audiret, varias etiam regiones et accessit et illustravit. Audivit in Sicilia Dyonisium grammaticum, Samo Pittagorum logicum, Italia Parmenidem rhetoricum, Cyrenis Theodorum geometricum, Egipto sacerdotes, astrologos, cum pridem intra patriam Athenas [5] et Heracliti phisicam et Socratis ethicam perdidicisset, iterum ad Italiam reversus pitagoreos Farantinum et seniorem et Atthitam sectatus est. Quid Appollonium commemoro sive illum magnum ut vulgus loquitur sive philoso-

*

1 Vgl. Aen. VI, v. 126 bis 129. Ich habe den text nach der teubnerischen ausgabe, von Ribbek gegeben; mscr. hat cujus discessus Averini. 2 Mscr.: hic. 3 Mscr. tuus. 4 Die verse roth unterstrichen. 5 So mscr.

phum ut pithagorici tradunt, quid peragraciones ejus recenseam, quas disciplinæ causa perfecerit cum nec disertissimus Philostratus octo quidem voluminibus satis expediverit? Intravit Persas, pertransivit Caucasum, Albanos, Scytas, Massagetas, penetravit Indes Brachononas [1] accedens ut Jarcam in throno sedentem aureo et de Tantali fonte potantem inter paucos discipulos de natura, de moribus ac de cursu dierum ac siderum audiret disserentem [2], inde per Elamitas, Babilonios, Chaldeos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, Palestinos reversus ad Allexandriam perrexit ad Aethiopiam [3] ut gymnosophistas videret.

Horum igitur instar hi nostri laureandi quo facilius ramum dextimum pithagoricæ laureæ superarent (et id quidem dum sola philosophia moderetur facile) multa propter eam sponte contemserunt quibus plerique maxime gloriantur, cum Dyogene societates, cum Thalete avariciam, cum Zaione [4] vagandi motum, cum Melisso multitudinem, denique cum Carneade luxum deposuerunt et impudenciam, ut tandem philosophiæ sanctissimæ quam affectarunt [5], saltem non indigni discipuli judicarentur, quippe quæ philosophia solum beatum facit hominem celitibusque intelligenciis proximiorem, intellectum illuminat ut sciat, affectum inflammat ut velit, opem suggerit ut possit. Demum instituit ut crepat mutatione comunit ut quiescat, regibus prudentiam, militibus fortitudinem, prætoribus justitiam, pontificibus temperantiam omnibus omnia præstat commoda [6] præstat item omnia quæ quisque volvit, modo sit investigata, modo sit inventa, modo sit diligentissime conservata. Quod si amico stricte acquiescimus, ipsa dis celestibus haud parum est præstantior, cum sit horum munus quod vivimus, illius autem quod bene vivimus. Si poetis auscultamus ipsa est ex capite Jovis optimi maximi procreata; sin Hebræorum sapientibus, ipsa est lumen divini vultus et splendor domini dei nostri qui super nos effunditur.

*

1 Brachonona saccedens mscr., gemeint ist jedenfalls: Brachmanos; eine ganz ähnliche stelle vgl. oben s. 15. 2 So vermuthe ich, statt des unverständlichen: detete mscr. 3 In einem wort: mscr. 4 So nochmals deutlich am rand. 5 Von hier an das folgende bis: Quo fit am rande roth angestrichen. 6 omnia pr. comm. roth unterstrichen.

Quo fit, ut non ab re baccalaureandos illos in amorem sui pellexerit, quod ad se amplectandam, non algorem, non æstum, non vigilias innumerabiles, nullos denique labores pertimescerent, nulla incommoda subterfugerent. Quam quidem correctatores ingenui victoresque palestri reginam et nutricem philosophiam quantomagis hactenus appetistis [1], tantomagis eam laboribus deinceps apprehendatis velim et apprehensam custodiatis, nec quod magnis negociis ac impensis est partum, id ocio voluptatibusque [2] facile perdatur. Nam apud Yrepum portum phrigium corvus escam quam volatu conamineque ceperat [3] eam rursus et vulpinis blandiciis missit et ocio quidem breviusculo dum vellet dulciter clangere.

Vos igitur, vos appello patres et viri celeberrimi (videtis enim corpora, judicatis animos) cum hi quos [4] proposita tanta propter philosophiam pertulerunt, tantum laboraverunt ut eos ex eorum responsionibus materrima (?) venerabilis facultatis arcium dignos judicaverit, quis est, per deos immortales, qui laureæ præmium ipsis denegare posset, quo fiant ad continuendas disciplinas alacriores. Ego igitur autoritate mihi commissa vobis omnibus et unicuique vestrum trado in artibus baccalaureatum dans præterea cuilibet auctoritatem legendi disputandi et ceteros actus exercendi hunc gradum baccalaureatus concernentes hic et ubique locorum pronuncioque [5] vos in artibus baccalaureos in nomine etc.

Reliquum est, ut ad graciarum actiones me convertam; id quod inter omnia mihi perdifficillimum judicavi.

Ergo tibi magnas agimus Deus optime grates [6]
Quo sine nil homines auxiliante valent.
Et nobis superi celebrantibus ethera summum [7]
Quos habet excelsi curia sancta dei.
Deinde sub infernas placeat descendere sedes
Et dare promeritis præmia grata viris.

*

1 appetisstis mscr. 2 Nach: volupt: hujus ausgestr. mscr. 3 So für das unverständliche peperat mscr. 4 Nochmals am rand, mscr. 5 pronunceioque mscr. 6 Die verse sind alle roth unterstrichen. 7 Das mscr. hatte ursprünglich: summus; das zweite s ist aber ausgestrichen und an dessen stelle die gewöhnliche abkürzung für das m am ende gemacht.

Ingentes igitur tibi grates inclite rector [1]
Quæ solvi poterunt solvimus atque damus.
Hinc tripolitane pater in christo reverende [2]
Sit non inferior gratia multa tibi.
Tantaque doctorem dignissimum et officialem
Te, Matthee, debet quam dare nemo potest [3];
Sed cape possibilem longe lateque minorem
Quam tuus exegit præstitus ille decor.
Denique pro tantis meritis, tibi, Petre [4] de Andlo [5]
Doctor et interpres juridici studii;
Occidui quanta est distantia solis ab ortu,
Tanta sit eximio gratia grata viro.
Nec te, doctor Adam, jurisconsulte relinquam [6]
Cui gratas amplas innumerasque damus.
Nec te sollertem, doctor Wernhere, silebo [7]

*

1 1477 war rector Johannes Louber s. Vischer s. 324. 2 Nikolaus Friesen, bischof von Tripolis vgl. Vischer s. 218; eine notiz über ihn in Basler chroniken I ed. Vischer u. Stern, Lpz. 1872, s. 334 a. 4. 3 Matthäus Müller (molitor) wurde nach Athenæ Rauricæ s. 100 fg. im jahre 1464 doct. sacr. canon., war canonikus zu st. Peter und official des bischofs. Dekan ist er 1468, 1473, 1477. Während der belagerung von Neuss war er in Köln; berichte über die ereignisse theilt Knebel in seiner chronik mit: I, s. 144, 147, 164. Berichte über die Freiburger tagsatzung Knebel II, s. 78 fg., 103, 168. [Nach mittheilungen des hn dr L. Sieber.] 4 Petre nochmals am rand. 5 Über Petrus v. Andlau [vielleicht nicht adlig, sondern nur aus Andlau im Elsass stammend, vgl. de cæs. mon. II cap. 12], den berühmten verf. der de cæsarea monarchia libri duo ad Frid. imperat. 1460, gebe ich, nach dr L. Siebers mittheilungen folgende zusammenstellung. Er ist 1460 als decretorum doctor und capellanus in eccles. basil. als dritter name des ersten semesters immatrikuliert; wird 1471 im herbst rector der universität, leitet 1479 die wahl des neuen bischofs Caspar zu Rhin (Knebel II, s. 183), ist vicecancellarius eccles. basil. Vgl. über ihn Vischer, s. 179, 237, 238 und Athenæ Rauricæ. Einzelne seiner juristischen collegienhefte, von Jakob Louber nachgeschrieben, befinden sich in der Basler bibliothek, daselbst auch ein geistliches werk desselben: Tractatus de canonica clericorum sæcularium vita (א F. II, 16. fol. 29 M.). 6 Adam Kridenwyss, immatrikuliert 1460 unter dem rector Georg von Andlau, vgl. Athenæ Rauricæ s. 101 und Vischer s. 167 und 241; das citat an letzterer stelle muss heissen: s. 91 a. 67, und auf Knebel II, 130 verweisen (mittheilung dr Siebers). 7 Der doctor Wernherus hiess Wölflin, in die matrikel eingetragen 1460: Wernherus Wölflin, artium et medicinæ doctor (solvit) nihil quia ordinarius in medicina. Vischer s. 248. Erster decan der medicin. facultät; rector 1462. Athen. Rauric. s. 167. Seine

Sit tibi pro meritis gratia digna tuis.
Quemque colunt artes sanctæ, tua grata, decane [1],
Nos tibi subdita gens gratifficamus idem.
Et grates, Jacobe, damus, præceptor amande [2],
Bis centum geminas ter quoque mille tibi.
Namque tuis opibus monitisque [3] salubriter aucti
Hoc quodcunque scimus, teque deoque scimus.
Vos etiam insignes quos clara licentia nutrit
Vos immortales gratia jure decet
At reliquis grates in post retulisse magistris
Qui vos præsentes condecorare solent,
Denique damus grates cunctisque [4] scolaribus amplas
Nos demum offerimus omnibus ad placita.

Handschr. = St. Gallen, Vad. bibl. nro. 569 unpagg., 7 s.

Ib.

(Basel.) (1477?)

M. Jo. Reuchlin M. Conrado [5] L. optat.

Accepi nuper e discipulis nostris, Conrade vir colendissime, quod postquam insinuassem me doctum ire Virgilii Maronis eneyda, tum mox ille noster Jo. Gegenbach [6] omnibus pu-

*

heimat ist in der matrikel nicht 1460, aber 1462 angegeben: de Rotenburga (mittheilung des hrn dr L. Sieber).

1 sanctæ ist von mir conjicirt für eine unleserliche abkürzung in der handschrift; in derselben folgt dann tuaque sacra, was ich in tua grata geändert habe; decane bereits auf der folgenden zeile. 2 Jakob Hugonis s. u. nro. Id. 3 Mscr. hat deutlich: monitus. 4 sic! mscr. 5 Wahrscheinlich C. Wölfflin, unter welchem Reuchlin zum magister promoviert wurde, vgl. Reuchlin s. 13 und die daselbst angeführten stellen. 6 Johannes Matthias de Gengenbach. Vischer s. 148. 157. 167. 168. 187 fg., wo von seinen vorlesungen über poesie die rede ist. 1465 steht er in der matrikel: Magister Johannes Mathie de Gengenbach (ohne angabe der bezahlten gebühr). 1481 war er rector; Seb. Brant hat zu diesem jahr oben an die liste der immatrikulierten studenten eigenhändig, und mit hinzufügung von s. b., folgendes geschrieben: Octogesimo primo anno supra millesimum quaterque centesimum etc. peragente sacrosancta ecclesia romana Beatorum Philippi et Jacobi apostolorum festum. Electus est in rectorem celeberrime universitatis Basiliensis: Dñs Johannes de Gengenbach bonarum artium magisteri sacre theologie baccalaureus: Juris pontificii subtilissimus interpres: divineque poetice ordinarius peritissimus. sub cuius regimine hi sequentes intitulati leguntur: vgl. Athenæ Rauricæ s. 102 u. 247 (Mittheilung dr L. Siebers).

blicavit eundem se Virgilium ordinaria lectione tandem egressurum esse. Quem ejus amentem animum non parum acerbe admirarer, nisi legerim apud Theocritum in eo libro quem ad Persen conscripsit hujusmodi sententiam:

Invidus est figulus figulo vel egenus egeno.

Quapropter ubilibet unicam lectionem non decet ambos explanare, velim in ea re tuum deliberatum judicium, si tibi placuerit. Sinamus eum docere poeticam, at nos oratoriam prosequamur. In qua quidem arte quanta possideam secreta, quanta generosa præcepta, ne unquam mihi credideris, nisi dum experiaris. Sin epistolas vero cujusdam antiquissimi Romani, cui nomen est Symmacho malis, eas ego quoque solus habeo. Sed ad summam: quippe mihi videtur conducibilius ac omnibus discipulis ad artes quascumque generaliter utilius, ut si Gegenbach poeticam, ego vero rethoricam, equidem nihil incipiam sine tuo et consilio et judicio. Vale, colendissime magister et rescribe [1] quid in ea re me facturum velis.

Handschr. = St. Gallen, Vad. bibl. nro. 569, unpagg., 1 seite.

Ic.

Basel. (1477.)

M. Jo. Reuchlin Egidio Lucenburgensi [2].

Quod me plus æquo laudas, feram tollerantius, modo, caveas assentationis [3] vicio labores. De inopia quereris; id velim intelligas, ab aliis pecuniam postulari quia habent, a te nullam quia non habeas. Præterea duo sunt quæ me ad hoc allexerunt, ut vel tantulum precii velim: primum ne vel ille quem viæ modernæ constat esse perosum adversarium (scis enim quem intelligam) me calumnietur [4], si gratuito legerem; alterum ut sanctissimæ poeticæ [5] dignos ab indignis [6] secernerem discipulis. Nam qui propter aliqua fortuita bona

*

1 Diese worte wie manche andere roth unterstrichen. 2 Im mscr. überschrift roth unterstrichen. Über E. L. ist nichts bekannt. 3 So vermuthe ich statt der worte des mscr.: cave assentationis. 4 Gemeint ist natürlich J. Gengenbach s. o. s. 345 anm. 6. 5 So mscr. 6 Vorher abig durchgestrichen mscr.

quæ habet relinquit divinam poeticam, is haud est ea dignus; qui vero non est ea dignus, ei nolim misteria Virgilii orthographiamque communicare. Tu vero, cum et sine pecunia dignus sis Maronis discipulus, ego a te non aliud præmium petam nisi quod non minorem apponas operam lectioni meæ (si modo faciat multitudo auditorum me continuantem) virgilianæ quam solet qui pro salute sua militat. Adhuc et illud abs te velim, ut condiscipulos tuos in studia poetica cohortari et armare non cesses, cum tu scias nulla nos alia re posse fieri nomine immortales. Fac sis attentus et tuos sodales in latinitate confirma. Baccalaureo Gerster [1] scribere constituisse [2], sed quia hora resumptionis salustianæ venit, ego posthac sæpius ad eum dabo literas. Hoc ei dicito, Servium meum esse venundatum. Vale, ego ad resumpcionem discipulorum vado.

Handschr. = St. Gallen, Vad. bibl. nro. 569, unpagg., 1 seite.

I[d].

(Basel?) (1477?)

[Reuchlin an Jacob Hugonis [3].]

Non possum non admirari, Jacobe Hugonis, philosophiæ magister gravissime, quorundam discipulorum ingratitudinem velut Euathli cui Protagoram fuisse præceptorem perhibent, virum inter primates rhetorum sophistam et perfacundum et perdoctum ut qui Democritum in disciplina sit assequutus, eum Prothagoram, cum esset Euathlus ab ipso longis annis eruditus, uti jam haud inelegantem oratorem se profiteri coram

*

1 Joannes Gerster de Kouffbüren Augusten dyoc. wurde 1475 immatrikuliert. Der name ist in der matrikel unterstrichen und vor ihm stehen zwei zeichen, die besonders auf ihn hinweisen sollen, doch ist der mann sonst ganz unbekannt (mittheilung dr L. Siebers). 2 Soll jedenfalls constitueram heissen. 3 Ohne aufschrift, vgl. die unten s. 348, a. 1 mitgetheilte unterschrift. Selbst wenn diese nicht unmittelbar unter dem briefe stünde, so würde dieser durch seinen inhalt die Reuchlinische herkunft genugsam bekunden. Der brief ist für die biographie Reuchlins desshalb von so grossem werth, weil er zeigt, dass und worin R. bei J. H. unterricht genossen hat. Über Jacobus Hugonis de Morssmünster vgl. oben nro. I[a]; ferner Vischer s. 168. 189 a. 58, s. 324. Er wurde 1475 immatrikuliert und 1477 rector.

possit, garrulis cavillationibus delusit, mercedem negavit, nihil debere magistro propalavit. Ego vero cum et apud te philosophiam et honores adeptus sim, non valeo negare nihil me tibi debere, vir apprime celebris, sed potius quo pares referam gratias nihil habere. Nec id apud te confiteri plane vereor ac erubesco cum et Aristotelem hujuscemodi præceptoribus suis confessum intelligam cæterosque philosophos non indoctos. Tantam enim benevolentiam, tanta non dicam offitia, sed et benefitia in me contulisti, simul et accessu temporis conferes, o colendissime magister, ut beatum me saltem reputaverim, si non paribus, sed imparibus meritis non (inquam) redigere neque referre sed vel rehibere saltem aliquid æstimarem gratiæ. Quod placitum aliquando fore censuissem, igitur cum viros graves hactenus semper amatos a te videam et imprimis Socratem, de quo sæpiuscule verba facere solitus es inter discipulos tuos adolescentes ingenuos, admodum animo tacitus mecum ipso volvebam, haud ingratum tibi fore munusculum tametsi minus minimo, sed tamen ejusmodi quod ex præcordiis amoris erga te mei videam processisse; non, inquam, ingratam tibi rem fore sum arbitratus, si quas in ædibus tuis pridem literas græcas discere cœpi, eas hoc pacto tuæ beneficentiæ ostenderem, ut orationem quam Xenophontis perhibent pro Socrate apud judices in qua prope studiorum meorum initia sumpsi eam [1] ex græca tibi latinam ut-

*

1 eam zweimal im mscr. Diese übersetzung (s. u.), wie aus den weiter folgenden worten hervorgeht, Reuchlins erster schriftstellerischer versuch, ist nicht erhalten. Nach diesem widmungsbrief stehen in der handschrift zwar die worte: Ad celeberrimum virum Jacobum Hugonis de Morsmünster Johannes Reuchlin phorcensis transtulit, aber die auf den nächsten 10 blättern der handschrift mitgetheilten stücke enthalten nichts Reuchlinisches. Vielmehr werden dieselben angefüllt durch ein schreiben zur empfehlung der grammatik des Nikolaus Perottus, verschiedene briefe, aus Viterbo, 4 kal. nov. 1469; des Joh. Gal. Sforza u. a. Doch erfahren wir von der Reuchlinischen übersetzung durch diesen brief nicht zum ersten mal. Vielmehr war ein brief des Conrad Leontorius an Jakob Wimpheling (1494 vgl. m. Reuchlin s. 94 a. 4) bekannt, in welchem jener, behufs einer vollständigen aufzählung in Tritheims gelehrtenlexikon, Reuchlins schriften, und unter denselben auch unsere übersetzung erwähnt. Sie scheint aber nicht erhalten zu sein.

cumque potui confecerim. Speravi namque te tanto minus ægre laturum esse ubilibet ullam facundiam vel adeo paucam in ea latinitatem agnoveris quanto me minus oratorium onus subiisse jam tu magis quam cæteri non nescires. Et est præterea manifestum quod a paucis admodum ea possit elegantia verborum omnino servari traducendo, quam græcitas præ se tulerit. Quapropter, Jacobe vir clarissime, præceptor mi amantissime, non acerbo vultu quas tibi studiorum meorum primitias offero suscipias velim, tamquam vinitor cujus agelli diligenter consiti tum in percipiendo fœtu non abest jocunditas. Vale meque commendatum habe.

Handschr. St. Gallen. Vad. bibl. nro. 569, unpagg.; 2 seiten.

I[6].

(Basel.) (1477.)

Jo. Reuchlin phorcensis s. d. scholasticis suis.

Cupitis [1] ad summa et quidem brevissime litteras missiles quas Græci epistolas appellant, quasi extempore [2] comminisci. Gero vobis morem. Qui cum eam a me rem longius [3] tractatam [4] audiveritis, itidem [5] quoque compendio postulatis. Vos igitur [6] ante satis imbutos grammatica decet latinum sermonem [7] imitatione vigilantissima [8] venari sæpiusque fictas narrationes conscribere, tum cecum [9] meditari quamlibet inanem hypotesim, id est causam, sive potius peristasin, idest negocium. Est autem negotium congregatio personarum, locorum, temporum, causarum, modorum, casuum, factorum, instrumentorum, sermonum, scriptorum et non scriptorum. Ex his ponere suadeo Kephaleon [10] quidem latine vero propositionem cum firmamento, denique discutiatis [11] velim ejus qualitates, propterea nihilominus post rei meditationem. Jubeo personarum habitudines acri judicio metiri et scribentis et cui scribitur; enimvero ex quibus singulis dicitur intentio quæ sufficient exordium et nar-

*

1 Darübergeschrieben vos. 2 Darübergeschrieben snell. 3 Darüber witt. 4 Darüber exercitatam. 5 Darüber widerumb. 6 Am rand: primum quartum. 7 lat. serm. und einzelne worte im folgenden roth unterstrichen. 8 Darübergeschrieben diligentissima. 9 Darübergeschrieben in im. 10 Keph. nochmals am rand. 11 Am rand: merckend.

rationem. Nam quis est qui non exprimat ex habitudine et dispositione intentionem personæ scribentis, personæ ad quam scribitur, reique scribendæ; tum principium literarum, tum etiam expositionem sive narrationem præsentis materiæ. Postea vero quam festiviter [1] inchoaverimus et lucide narraverimus, opus est ut fides rei fiat. Eam possums loco, tempore, modo, persona [2] ratione, denique ipsa re atque negotio consequi. Simul ingeniosa commenta [3] et evidentes propositiones ex his quæ rem præcedunt quæ insunt rei quæque consequuntur investigando. Sic ejus inventionem principio in partes epistolæ disponere: exordium, narrationem et fidem et subjungere denuo brevissimum epilogum i. e. succinctam complexionem. Quæ ut melius agnoscatis, addam ejus artis quoque idolum i. e. latine spectrum et exemplar.

Salve et deinde vale nec non ignosce scribenti,
Mos rudibus rudia est scribere scripta, vale.

Darauf folgt die tafel: A: persona scribens, B: cui scribitur, C: res ipsa, mit kurzer darstellung dessen, was in der einleitung ausführlicher gesagt ist. Dann wird als beispiel benutzt Q. Aurelius Symachus Menio s. anf. Tantum tibi suppetit (10 zeilen) und daran gezeigt: negocium; Kephaleon; habitudo personarum; intentio, exordium, narratio, fides rei.

Zum schluss heisst es:

Ordinem rectum sequimur, si omnia ex institutione artis disponemus. Est autem alia dispositio quæ cum ab ordine officioso secedendum est scriptoris judicio ad tempus accomodatur, ut, si ab narratione scribere incipiamus aut ab aliqua firmissima argumentatione aut literarum aliquarum recitatione, aut si secundum principium fide utamur, deinde narratione, aut si quam ejusmodi permutationem ordinis faciamus quorum nihil nisi causa postulet fieri oportebit. In confirmatione et confutatione argumentationem dispositione hujusmodi convenit habere firmissimas argumentationes in primis et postremis causæ partibus collocare, medicores et neque inutiles neque

*

1 Darübergeschr. hœflich. 2 Am rand setlich. 3 Darübergeschr. dichtung.

tamen necessarias ad probandum quæ (si separatim ac singula dicantur infirmæ sint, cum cæteris conjunctæ firmæ et probabiles fiunt) interponi in medio et collocari oportet.

Darauf, mit derselben hand auf derselben seite folgende kleine scherze:

Si vincis, teneris ex pacto [1]; si vinceris teneris ex sententia.
Si vinco, non teneor ex sententia [2]; si vincor non teneor ex pacto.
Si ducis pulchram, ducis curam,
Si ducis difformem, ducis pœnam,
Ducenda igitur uxor non est.
Si duco pulchram, non duco pœnam,
Si difformem, non duco curam,
Ducenda est igitur uxor.

Auf 3 folgenden seiten anrede der verschiedenen personen und würden, anfangend mit papa, von anderer hand.

Hdschr. St. Gallen. Vad. bibl. nro. 569; unpagg. 5½ bll.

XXXVII[a].

(Wildbad.) (11 Sept. 1492.)

Ænigma Joannis Reuchlin In Thermis Herciniis a Nympha speciosissima oblatum. iij. id. Sept. anno MCCCCXCII.

Inter Hamadryadas, et aprici pascua saltus,
Dum spatior, turba me comitante mea,
Cespes erat, viridique suo de gramine campus
Illic visa fuit nobilis effigies.
Obstupuique videns blandæ simulacra figuræ.
Nam nec erant Lemures, nec vel imago nocens.
Sed simul ad fontem, quo sæpe lavare solebam,
Se, mihi nescio quid, obtulit inter aquas.
Dumque redire domum propero, comitata puellis,
Hoc, quod nescio quid, se dedit et comitem.
Jamque videbatur, mox se post saxa recondit.
Nunc visum est longe, nunc prope adesse mihi.
Denique conatur oculis illudere nostris,
Et lateri nostro jungere forte latus.
Quin eciam studuit mecum concumbere lecto.
Nudatumque salax exuperare thorum.

*

1 Am rand M. Prothagoras. 2 Am rand Euathlus.

Nil magis ac phœbo gaudet mœstumque tenebris,
Occulitur subito; dic modo quid fuerit? [1]

Joannes Reuchlin phorcensis.

Handschr. Bas. bibl. C. VI, 33 fol. 17ᵃ (abschrift des hrn dr L. Sieber).

LXVIᵇ.

Heidelberg. 23 April 1499.

Aldo Manutio [2] Romano utriusque linguæ politissimarum literarum atque librorum parenti.

S. d. p. Plane sim impudens, mi Alde, si tui rerumque tuarum [3], ubi loci me jussisti [4], non meminerim. Nam me simulatque domum [5] de te redii confestim ad Maximilianum [6] imperatorem contra Gallias tendentem proficisci oportuit in Mediomatricos, quando maxime gallici belli versabatur metus. Quo scio miraberis sortem meam qui una profectione Italiam,

*

1 Natürlich: der schatten. Über dieses räthsel macht mir hr. dr L. Sieber in Basel folgende werthvolle mittheilung, die ich mit seinen worten wiedergebe: Es ist bereits abgedruckt in einem buche, dessen ich nicht habhaft werden konnte: Esopi apologie sive mythologi cum quibusdam carminum et fabularum additionibus Sebastiani Brant, Basil. Jacobi de Phortzheim, 1501 fol. Die bibliothèque de l'Arsenal in Paris hat davon ein prachtexemplar, das der Catharina von Medicis gehörte; ein anderes exemplar ist mir nicht bekannt; dagegen haben wir von diesem Esopus eine übersetzung, o. j. 1616, 8°, worin s. 356 das „Retters in dem Wildtbad" steht; doch steht hier die jahrszahl 1497, während unser manuscript 1492 angiebt. In Brants lat. Esopus (Schmidt, Notice sur Seb. Brant s. 144) steht das änigma, pars II, fol. M. 2ᵃ mit folgenden varianten: vers 3: viridisque, v. 16: inhabitare statt exuperare; und in der überschrift „in Thermis Orciniis, 1497." 2 Über Aldus vgl. oben s. 77 a. 2. 3 Es handelt sich ohne zweifel um die akademie, deren unterstützung durch den kaiser und die übrigen deutschen fürsten Aldus wünschte, wenn er sie auch nicht erlangen konnte. Vgl. darüber die oben s. 337 angeführte abhandlung. 4 In Venedig. Dieser abstecher Reuchlins bei seiner rückreise von Rom war bisher nicht bekannt. Aus der zu Venedig mit Aldus geschlossenen persönlichen bekanntschaft erklärt sich auch, dass dieser Reuchlins vor dem papst Alexander VI gehaltene rede verlegte. Leider lässt sich die zeit nicht genau bestimmen, in der Reuchlin bei Aldus war. 5 Gemeint ist Heidelberg, wo Reuchlin sich damals aufhielt. 6 Max. Æmylianum schreibt Reuchlin nach der sitte der humanisten statt Maximilian.

Galliam Germaniamque peragravi; a summo animarum pontifice ad summum mundi dominum; Roma in Sequanos.

Sed tum quid de literis in medio armorum? de Phœbo in ventre Martis? de Helicone in castris? Dixi quidem causam tuam, uti Venetiis coram egimus, ἀλλὰ τί ὄνος πρὸς λύραν; Non defui quin rem omnem ad quosdam etiam doctos deferem qui sibi tum videbantur columnæ esse, sed nosti Germaniam: nunquam desiit esse rudis. Mi Alde, paucis habe: non sumus te digni. Neque tamen est animus deinceps a negocio cessare, cum videro temporis opportunitatem. Jam enim rex majus opus movet, ignobilis cujusdam vulgi fluctu quasi decumano obruimur [1].

De libellis ad me missis [2] habeo tibi relaturus etiam gratas gratias, sed qui quotidie pro incumbentibus tuis curis multa versas animo, certe oblitus es defectuum Aristotelis in ultimo volumine quos tu mihi supplere promiseras; eos oro te vehementer bibliopolæ huic cognomento Remo [3] tradas; equidem mancum et egenum impendio meo cum integro suo commutavi. Utque reminiscaris qui sint defectus, chirographum tuum huic epistolæ adjunxi [4]. Tu me quam commendatissimum habeas et valeas feliciter opto. Ex Heydelberga Palatini Rheni 9 kal. majas (nam tuæ ad me venerunt 7 kal. apr. [5] anno 1499.

Joannes Reuchlin phorcensis, ll. doctor.

Autograph, sehr gut erhaltenes folioblatt, ohne siegel. Biblioteca ambrosiana, cod. E 36 inf., fol. 18.

LXXIVa.

(?) (1500?)

Joannes Reuchlin, in metamorphosin Petri Bolandi.

Hesiodum quondam Musæ fecere poetam,
Qui sine doctrina pastor ovilis erat.

*

1 Die Schweizer. Ich habe schon in der oben berührten abhandlung darauf aufmerksam gemacht, dass Reuchlin die misstimmung der übrigen humanisten gegen die Schweizer theilt. 2 Welche bücher dies waren, ist nicht bekannt. Vermuthlich hat Aldus die bitte in betreff der fehlenden blätter des Aristoteles erfüllt; später schreibt er: opera Aristotelis quæ a nobis quoque habes oben s. 77. 3 Mir ist dieser buchhändler, der sonst von Reuchlin nicht erwähnt wird, unbekannt. 4 Liegt natürlich der handschrift nicht bei. 5 Dieser brief des Aldus ist ebensowenig wie seine antwort auf den unsrigen erhalten.

Extollunt Vates tanti miracula facti,
Miratur Vatem nobilis Ascra [1] suum,
Nos, et miremur, primordia mira Bolandi,
Cui bene Fabritij nomen ab arte foret,
Cum faber hic petrus fuerit lignarius olim.
Tam cito, quod factus ille poeta fiet.
Vidissem hominem, bicolore veste revinctum,
Ancipiti ferro cædere ligna suo.
Pendebant humeris, Gnomones, culter, amussis,
Circinus, alveolum, regula, serra, fides;
Traxit humum tantæ gibbosum molis acervum,
Vt videas tergo pondus inesse grave.
Jam non ferre valens crescentem solibus Æthram,
Et piger, et lassus, rejicit illud opus.
Castalidumque fores, et culmina summa sequutus,
Impetrat imparibus ludat ut ipse metris.
Audivere virum faciles super omnia musæ,
Et lingua, et digitis, ingenioque rudem.
Tum dicto cicius vocem, calamumque reformant
Atque jubent adsit mens valitura magis.
Prodiit hinc talis, qualem nos esse videmus,
Sive cupis metro, seu sine lege voles
Fœcistis tandem Libethrydes, et bona Dio
De petra, petrum, de quoque rupe virum [2].

Handschr. aus bibl. Basil. C. VI, 33 fol. 15b. Abgeschrieben von dem oberbibliothekar hrn. dr L. Sieber in Basel.

*

1 Am rande links [A]scræus, der erste buchstabe ist weggeschnitten.
2 Das ganze gedicht, ein harmloser scherz, ist nicht vollkommen klar und ich verzichte daher darauf, einzelne worte künstlich zu deuten. In betreff des Bolandus verdanke ich der unermüdlichen güte des hrn. dr L. Sieber folgende zusammenstellung, die ich mit seinen worten mittheile: „Über Bolandus finden sich bei Trithemius Catalogus illustrium virorum Germaniæ einige nicht unwillkommene angaben. Kleine proben seiner poesie finden sich in mehreren schriften Wimpfelings z. b. in de triplici candore Mariæ Basil. 1494 fol. e 6b, adolescentia, Strassb. 1505 fol. 67b, de nuntio angelico ad Philippum comitem palat. sine loco 1495 letzte seite; de integritate Strassburg 1503 cap. 10; epistola excusatoria ad Suevos Strassburg 1506 fol. a 4a. Ein distichon steht in J. Hartliebs de fide meretricum in suos amatores 1505 (vgl. Zarncke, die deutschen universitäten s. 88 u. 248). Da Wimpfeling den Bolandus dulcissimus amicus nennt, so wird man wohl annehmen dürfen, dass auch er zur societas Rhenana gehörte. Dafür spricht auch, dass er plebanus in Schriessheim bei Heidelberg war."

LXXXIV[a].

(Denkendorf? [1]) 10 Nov. 1502.

Aldo Manutio Romano, in ipsis tribus linguis peritissimo suo ac præceptori semper observando [2].

Joannes Reuchlin [3] phorcensis Aldo Manutio Romano S. d.

Oblector me plurimum familiari conversatione tua, nec est, crede mihi, a veritate alienum quod tuas ipse literas in jocalium meorum deliciis habeo. Sane omnia bene olent quæ abs te proficiscuntur, ita ut relictis nostris bibliopolis beatum me fore putem si tua ex ipso te accipiam. Quare huic familiari meo redeunti [4] ad te istuc in mandatis dedi, ut libros aliquot quibus careo ad me perferendos de te sumat, quanto queat minoris, præsertim græcos; nam latinos facile a nostris emam plane paucioribus nummis. Reliqua vero sunt quæ mittas volumina oro: Suidam ut polliceris [5], item epistolas græcas, item Dioscoridem, item Simplicium in prædicamenta, item Gregorium Nazianzenum, item Nonnum, item Sophoclen, item ante omnia Herodotum, item unum e latinis Valerium Maximum literis parvis [6]. Cætera enim habeo ipse ego. At vero erga me utaris velim non auctionatoris sed amici officio, ne mihi pudendum sit a tenuis mercaturæ hominibus viliori posse adipisci quam abs te, tam illustri mercatore. Id autem si nescias æmuli plures mihi impingunt [7]. Cura, ut bene valeas, o reipublicæ literariæ pater patratus. Iterum quam optime valeas D. O. M. oro. Ex Heremo sancti Dominici Sepulchri, ubi lateo nunc fugitans pestilitatis. Solus anachoreta et simul absente bibliotheca mea, 4 id. Novembris, anno 1502.

Joannes R., LL. doctor [8].

Autogr. mit ausnahme der adresse; wol erhaltenes folioblatt; etwas von dem siegellack erhalten; bibl. ambrosiana, cod. E 36 inf. fol. 27.

*

1 S. o. nro. LXXXVI s. 80. 2 Adr. aufgeklebt; nicht von Reuchlins hand). 3 Darübergeschrieben Καπνίων mit eigener hand. 4 Etwa der oben s. 353 a. 3 erwähnte Remus? 5 In dem brief vom 18 Aug. (s. 77 nro. LXXXIII), auf welchen der unsrige die antwort ist. 6 lit. parv. am rand. 7 Darauf erwidert Aldus etwas beleidigt 24 Dec. 1502 (oben s. 79 nro. LXXXV). 8 Darübergeschr. Ἰωαννης Ῥευχλιν, das erste wort abgekürzt, das ganze mit sehr verschlungenen buchstaben.

CXVII[a].

Stuttgart. 25 Juni (1510).

Joannes Reuchlin phorcensis S. p. D. Conrado Leontorio, dicto Leobergensi.

O mi, spes mea proxima.
Non curis potero scribere subrutus,
Insanique fori jugo,
Nunc erecta Tribunalia principis,
Nunc causæ popularium,
producuntur. ego, clamito, clamito,
In raucosque cado sonos.
Fas et jura loquor solvoque jurgia,
Frendunt Acroceraunia.
Tanguntur tonitru, Pelion Ossaque
fumant maxima, summaque,
Concurrunt fremitus, Aĕacus arbiter,
Librat sollicitudines.
Hinc lites movet, et vox Rhadamanthyos,
Minos assidet arbiter.
Talis vita meis esse sodalibus,
Ad subsellia dicitur.
Tractamusque ea nos jura solemnia.
Talis regia curia.
Hijs ita non potero scribere subrutus,
pro his canam [1] tamen Ærea,
Sive Argentea, sive [2] sit orichalcea,
Hos mitto calamos tibi
Vale fœliciter
Ex Stutgardia vij kal. Julias
In occupationibus nimiis [3].

CCLXXX[a].

Stuttgart. 12 Sept. 1519.

Philippo Melanchthoni Brettano cognato suo Wittenburgi [4] [Jo. Reuchlin].

S. d. p. Sævit nostro mars impius orbe et in tantum sævit, ut nulla religione nulla humanitate utatur. Sacerdotem

*

1 cana mscr. 2 Des metrums wegen müsste es seu heißen. 3 Über Leontorius s. u. die nachträge, aus denen auch zu entnehmen ist, warum ich dies gedicht ins jahr 1510 gesetzt habe. 4 In der handschrift sind einzelne worte mit rother tinte unterstrichen, z. b. in der adresse: Phil. Mel. und cogn. suo. Für den ganzen brief vgl. Reuchlin s. 459 fg. und den oben mitgetheilten brief Reuchlins an Pirkheimer 8 Nov. 1519, s. 318.

cum eucharistiæ sacramento e templo ejiciunt et in latere sacramenti atque super altari homines occidunt, sacros rapiunt calices excisis ecclesiæ sacrariis, sanctimonialium cellas combusserunt quam plurimas villas in cinerem redegerunt. Quorum simile nihil dux noster [1] egit, non enim confœderatos [2] lædere intendit nisi lædentes, sed solum quæ sua sunt recuperare. Magnus quotidie congregatur exercitus. Aliis omnibus quiescentibus sola Esselinga nos profligat, cui ducem nostrum resistere oportet. Oro igitur te summis viribus, ut Saxoniæ ducem [3] cum omnium tuorum precibus accedas supplicando, ut se interponat mediatorem cito, cito; nisi velis rarissimos libros meos quorum tu hæres futurus es [4] hostili incendio conflagrare. Prohibitus sum extra oppidum eosdem hebraicos solum et græcos amovere [5], cum alios [6] mecum retinuissem plusquam ducentos quinquaginta latinos de quibus non tam sollicitus, quoniam venales quottidie inveniuntur. Sed quid pluribus? Sum et ego ipse cum familia et duabus ædibus in vitæ interitusque periculo acerrimo constitutus. Nequeo jam pluribus. Deserui musas quæ me vicissim deserunt. Vale. Pecuniam 20 aureorum ante proximum mensem ad me datam matri reddidi [7]. Iterum feliciter vale atque Martino Eleutherio [8]

*

1 Reuchlins politische stellung ist nach seinen wenigen erhaltenen äusserungen schwer zu erkennen. Im allgemeinen scheint er sich der partei zugeneigt zu haben, von der er am wenigsten belästigt zu werden hoffte. Da er aber durch den herzog Ulrich, der auch in unserer stelle gemeint ist, manche schädigung erlitten hatte, so war er ihm eher ab-, als zugeneigt und unsere stelle ist eine der wenigen, in welcher er sich für ihn ausspricht. 2 Den schwäbischen bund. 3 Friedrich den weisen. 4 Über die reuchlinische bibliothek und Melanchthons stellung zu derselben vgl. nro. CCXCI. Zu unserer stelle ist auch der folgende brief an Spalatin hinzuzunehmen. 5 Der ausdruck ist an dieser stelle unklar, wird aber durch den folgenden brief erläutert. Gemeint ist: ich wollte nur die griechischen und hebräischen bücher entfernen, bin aber selbst daran gehindert worden. 6 alias (?) handschr. 7 Die mutter Melanchthons war die schwester Reuchlins. 8 Dieser gruß an Luther ist der einzige, welchen, meines wissens Reuchlin bestellt hat. Der brief Luthers oben nro. CCLXXVI blieb unbeantwortet, in dem späteren briefe an Melanchthon, in welchem der ängstliche alte sich direkte sendungen verbat, wird er sich wohl gehütet haben, den namen des mannes, der ihn arg compromittiert hätte, zu erwähnen. Denn damals schon war Reuchlin der lutherischen bewegung

me commenda cum omnibus nostri amantibus [1]. Stuttgardiæ, pridie Id. Septembris, anno 1519.

Joh. Reuchlin, Phorcensis LL. doctor.

Handschrift des Berner staatsarchivs Epistolæ variæ XVII fol. 47 fg.

CCLXXXb.

Stuttgart. 12 Sept. 1519.

Georgio Spalatino literatissimo viro amico suo præcipuo [Joh. Reuchlin].

S. d. p. Obsideor, Spalatine, non tantum ab hostibus, verum etiam a civibus quibusdam nostris quibus omnis concessa est licentia. Et quanquam hoc belli tempore unicus sum locum tenenti vinctus consularis quoniam alii non sunt [2], tamen ergo [3] me oportet oculatiorem esse ac levissimis hominibus connivere. Nuper elegi ex libellis meis rarissimos quos ad sororem [4] devehi voluissem græcos et hebræos, quos transmisi autoritate locumtenentis interposita cum securitate sigillata ducis nostri et subscriptione præfecti. Sed nebulones civitatis, homines banausi quadrigam eandem cum libris reduxerunt cum magno tumultu, ut nec majoritas ausa fuerat [5] resistere. Igitur expectandus est Mavortius ignis et commiserandum tot raris et ignotis libris quibus bellicum incendium imminet [6]. Non mihi tanti fuerit expectare mortem.

Scribe igitur illustrissimo domino nostro Saxonum duci Friderico autoritate mea [7], ut misereatur junioris ducis Christophori cognati sui, misereatur populi Wirtenbergensis qui

*

abgeneigt, der er später ziemlich schroff entgegentrat. Vgl. Huttens brief oben nro. CCXCIX. Gerade darum ist dieser gruß besonders bemerkenswerth.

1 Bedeutet natürlich: grüße außerdem meine dortigen freunde, und nicht: meine hiesigen freunde lassen Luther grüßen. 2 Die anderen waren wahrscheinlich geflohen. Man vgl. die Reuchlin s. 460 a. 2 angeführten stellen. 3 Añ drgo. Aus einem ursprünglichen d scheint in der handschrift ein e gemacht worden zu sein. 4 In Pforzheim, die grossmutter Melanchthons. Für diesen büchertransport vgl. auch vorige nro. 5 So die handschrift. Ob der abschreiber diese fehler verschuldet, oder Reuchlin in seiner eile und aufregung die regeln der lateinischen grammatik vernachlässigt hat, bleibe dahingestellt. 6 Die handschrift hat: imminent. 7 Die handschrift hat Autore meo.

maxima pro parte bonus est, sequatur Dei monita qui ait: Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur; veneretur sanctos angelos canentes: et interea pax hominibus [1]. Cito autem atque cito interponat amicabilis arbitri vices et se gerat mediatorem. Polliceor ducem nostrum quicquid dictaverit obsequuturum. Tu verò, Georgi amicissime omnium, frequentibus precibus insta opportune importune, ut illustris dux cum spectabilibus senatoribus suis utrique parti scribat. Nihil sanctius facere poteris nihil Deo amabilius, ut defendas Christianos homines a tanti homicidii vicissitudine, a tanta christiani [2] sanguinis profusione. Da veniam [3]. Desertus sum non disertus. Vale Stuttgardiæ pridie idus Septembris, anno 1519.

Jo. Reuchlin, Phorcensis, ll. doc.

Handschrift des Berner staatsarchivs, Epistolæ variæ XVII fol. 48 fg.

*

1 Hierauf zwei durchstrichene worte in der handschrift. 2 Die handschrift: tante christiano; über dem o steht aber ein ipunkt. 3 Die handschrift hat vaniam.

Zu nro. XXI s. 22 fg. Von Conrad Leontorius, von dem auch nro. XLVIII s. 42 fg. geschrieben ist, habe ich in der Basler öffentlichen bibliothek (G. II, 32) 35 autographe briefe an den buchdrucker und förderer der gelehrten, Johannes Amerbach, gefunden, welche für die gelehrtengeschichte jener zeit überhaupt, insbesondere für Reuchlin, manche brauchbare notizen bieten. Einzelne derselben, welche über die hebräischen studien jener zeit, vornemlich mit berücksichtigung Reuchlins handeln, sollen anderweitig verwerthet werden, ein brief aber, der zur erkenntniss der zwischen beiden männern herrschenden persönlichen beziehungen wichtig ist, scheint mir des abdrucks an dieser stelle werth zu sein. Nachdem Leont. (ex Hirsau die S. Petri ad vincula 1509) berichtet hat, dass er nach einer langen reise zu wasser und land nach Maulbronn gekommen sei, fährt er fort: Tum ego nuntium quæsivi domino Joanni Capnion ut opus hieronymianum a manu tua scriptum emendaret et nuntium quidem repperi, sed non esse Stutgardiæ Capnionem rettulit. Animadverti quoque postea, eum Argentorati publico emporio per dies quatuordecim interfuisse. Interea ego Hirsaugiam traductus altera die juvenis quidem ad me ductus qui se assereret sororii mei domo hospitari cumque eum interrogassem nosceretne dominum Capnionem; cumque annuisset; si aliquot literas meas illi perferret? Cumque id se libentissime et cautissime facturum promisisset, sibi et literas et quaterniones tuos ad Capnionem perferendos commisi. Tum ecce Capnion crastino ad domum Hirsaugiæ mane ad prandium venit et me humanissime consalutavit. Mansimusque per eum diem simul multa confabulantes et potissimum de te. Cumque retulissem ei de tuo divi Hieronymi instituto mirum in modum exhylaratus est addixitque mihi se libentissime facturum omnia quæcunque posset in honorem nominis tui et nominis divi Hieronymi. Cumque ei accelerato opus esse dixissem retulit se hoc tempore in ædificandis ædi-

bus suis Stutgardiæ esse impeditissimum; expectares modicum temporis, se omnino tibi morem gerere et in omnibus operam navare velle affirmavit. Ego nondum tamen Stutgardiæ fui, sed sum in brevi iturus et cum eo omnia melius tracturas, tibique verum nuntium remissurus. Verum quoniam ego ad recuperandum corporis mei ferme deperdita membra cum domino meo Hirsaugiensis sum circa dies S. Galli ad Thermas illas ferinas [1], si vulgo bene loquar, sum iturus. Nondum scio et bene et ex integro certum facere, si sim ad vallem Engadi [2] rediturus, non tamen obliviscar interea principii quod tibi promisi in divum Hieronymum. Etenim et ipsum demonstrari Joanni Capnion, cui placuit, ipsumque rogavi, ut suo docto nomine unum proœmium confingeret, qui respondit mihi, mihi [3] satis superque satisfuturum. Experiar tamen quid sit facturus tibique scribam, quo tempore tabellarium repperiam.

In einem späteren briefe (Hirsau 13 kal. Oct. 1509) kommt Leontorius nochmals auf die angelegenheit zurück und meldet, dass er von Reuchlin noch keine antwort erhalten habe. Über dieselbe sache handelt auch die oben mitgetheilte correspondenz zwischen Reuchlin und Amerbach (nro. CXIV, CXVIII, CXXIII ff.).

Zu s. 43 a. 2. Über Lupus von Hermannsgrün trage ich nach: Erasmus Stella schreibt an Spalatin, dass S. ein exemplar des Radevicus in einem kloster oder bei Leupoldus ex Hermansgrün eques auratus bekommen könne prid. id. nov. 1518. Basel, öff. bibl. hdschr. G. I, 31 fol. 21.

Zu s. 257. Ich habe nun in St. Gallen (stiftsbibl. BB. 264) die schrift gefunden, von der R. Crocus spricht:

THEODORI VIRI | VNDECVNQVE | DOCTISSIMI | Liber quartus et vltimus de constructione | R. Croco Britanno Interpræte. |

Die ganze übrige seite von einem grossen holzschnitte eingenommen, wappen, darunter die heiligen: Moritz, Stephan, Martin.

a 1b Epigramm des R. C. Londoniensis an erzbisch. Alb.

4 u. 35 foll. bll. in 4⁰.

A. E. Privilegium gegen nachdruck auf 4 jahre; darunter: Lipsiæ in ædibus Valentini | Schumann Anno M.D.XVI.

*

1 Wildbad. 2 Engenthal. 3 Die handschrift hat fehlerhaft meum.

Vorrede an erzbisch. Albr. a. 2ª.. a 4ᵇ.

Crocus lobt ihn sehr und fährt dann fort:

Quam hominum de te pulcherrimam, sane pulcherrimam opinionem non modo frequentes (qui apud te sunt) in omni doctrinarum genere viri consummatissimi et inter eos primus idem jurisperitorum facile princeps Laurentius Zcoch cancellarius tuus, rarissima homo facundia et insigni cum æquitate, tum prudentia satis declararunt verum etiam illud quod oblatum tibi a Pepericorno judæo olim nunc corpus saltem tincto, librum non modo non recusasti, sed benigne (uti principem decuit) primum accepisti. Ast ubi eundem perlegisses atque nihil aliud intellexisses comprehendere quam barbaras quasdem et ineptas de te laudes easque in doctissimi viri Joannis Capnionis (cui similem vix alterum vestra habet patria) famæ perniciem instructas, tam te accepisse dolebas quam es ad homines juvandos non lædendos propensissimus, nulla perinde re captioso muneri infensus ac quia tuo nomine quasi fuco uteretur quo potuisset in alterius famam licentius debacchari. Quod profecto factum tuum tantum tibi laudis peperit quantum ipse neque putas (qui omni laudis maximus es contemptor) sed neque ego divinare possum, qui cum omnia et summa tibi deferre velim nihil in hoc tuo præconio possim desyderare. Quo sane effectum est, ut doctissimi quique viri sese tibi memoria beneficii sempiterna obstrictos fateantur. Manabit igitur, mihi crede, hoc tam præclarum facinus ad posteros, laudabunt te, quibus te videre nunquam concessum est. Narrabunt non Germani modo, sed Angli, sed Galli, sed Itali, quam alto vultu dona rejecerat nocentium, Magdeburgensis et Maguntinensis sedis archiepiscopus. Dann rühmt er seine umgebung, besonders den arzt Henr. Stromer Aurbachius, erklärt, dass er zur widmung durch Thomas Morus angeregt worden sei und bedauert, dass Gervasius Amenus mit derselben arbeit beschäftigt sei und preist schließlich den herzog Georg von Sachsen und die Leipziger universität, der er grossen dank schuldig sei. Vale Lypsie pridie Calend. Janu. (o. J.)

Zu s. 326. Über die römische entscheidung im reuchlinischen streite handelt auch folgende notiz. Peter Gebwyler schreibt an Capito (Rom 24 Aug. 1520): Fuit contra D. Jo. Reuchlin novissimis diebus

sententia et pro Jo. (sic!) Hochstraten fratre ordinis prædicatorum lata super speculum oculare. Über den augenspiegel trage ich bei dieser gelegenheit folgende nicht uninteressante stelle nach. Augustinus Blaurer schreibt an Gervicus Blaurer in Constanz (undatiert) folgendes (Vad. briefsammlung in St. Gallen tom. XII, 209):

Adjicio ad Catalogum librorum nobis comparandorum et illum: Oculare speculum Joannis Reuchlini quod ille scripsit in germanica nostra lingua deinde translatum est illud in latinam quoque phrasim a Martino Groningo Bremensi juris utriusque doctori. Utrum possis comparare illud exemplar mittito, tametsi germanicum gratius esset; utrumque si potes (quamquam difficulter sperem ut possis) mitte. Quære ex Domino Conrado si aliquando viderit illud aut legerit, aut si possit, mutuatum nobis per paucos dies bona fide reddendum acquirere. Refellit in eo opusculo Joan Reuchlin [1] (aut Capnio, ut se ipsum græce vocat) omnes papisticorum insidias falsamque accusationem quam in interitum illius struebant machinabanturque nitra arte ac ingenio; vir plane divino præconio dignus, qui vel primus dira ac funesta impiorum lora atque vincula quibus tamdiu stringebamur prærupit atque fregit non exiguum sed magnum emolimentum afferens Luthero exterisque.

Zum schlusse gebe ich, zum theil im anschlusse an oben s. 93 a. 2, folgende zwei grabschriften, welche sich in der handschrift Baseler öff. bibl. D. IV, 7 430 SS. in 4⁰ befinden. Die handschrift wurde begonnen von Bonifacius, fortgesetzt von Basilius Amerbach, von dem auch die folgenden geschrieben sind. Ich verdanke beide der freundlichen mittheilung des hrn dr L. Sieber in Basel. Die eine lautet (s. 407):

Joannes Reuchlin Phorcen. LL | Doctor comes palatinus late|ranus Sicambrorum legis tacitus | Sueviæq triumuir Postq. Musas | elegantiores orbi Germ. restituit | ac hebraicam simul et grecam linguā | ab interitu reduxit cepit a perfi|dis literarum hostibus sophistis pre|dicatorijs frib. Hochstrato cum | reliquis suis et Christiano Judæo | Pfefferkorn tamquā nouæ et per|versæ doctrinæ author corripi | atq. multiiugis fori ca-

*

1 Am rand: Ex alicujus boni viri bibliotheca illud.

lumnijs | prostitui uero cognitis tandem | falsis criminibus de turba et diuini | et humani iudicij decreto damna ta triumphauit diemq. feliciss. | clausit extremum Stutgardiæ | ubi corpus melioris uitæ spe quie | scit. An. post Christo nato MDXXII | Men. Jun. Di. XXX. Vixit ann. LXVII. Mess IV Di VIII. |

Die andere lautet (s. 408):

עולם החיים ANASTASIS ANN. | CHR. M. D. I. | SIBI ET POSTE RITATI CAPNIO NIÆ JOANNES | REVCHLIN PHORCENSIS. S. Stutgardiæ apud Predicatores, sed post eorum perfidiam apud D. Leonardo in suburbio cum uxore sepelit Ann. MDXXII Men. Junio die XXX. Natus est Jo. Reuchlin 1455.

VERZEICHNIS DER BRIEFE.

(„r." bedeutet, dass von dem briefe nur ein regest mitgetheilt ist, „u." bedeutet, dass der brief bisher noch nicht gedruckt war.)

*

1 Im text ist irrthümlich dieselbe nummer für zwei aufeinanderfolgende briefe beibehalten worden.

*

1 Die nummer ist irrthümlich zwei mal gesetzt.